Pharmacopœa Cathalana

Fundación
Uriach

Fundación Uriach

De la botica de Dn Miguel Casaltana
Farmaceutico
1794

Fundación
Uriach

Fundación
Uriach

# Pharmacopœa Cathalana, sivè Antidotarium Barcinonense

Restitutum, et Reformatum.

Medicis, medicinæ studiosis

Chirurgis, et Pharmacopolis

perquam utile, et neceſſarium

Cura, et opera D. Joannis

Alos principatus Catalonia

1686

Fundación Uriach

Fundación Uriach

# PHARMACOPOEA CATHALANA,

SIVE

# ANTIDOTARIVM

## BARCINONENSE

RESTITVTVM, ET REFORMATVM.

MEDICIS, MEDICINÆ STVDIOSIS,
Chirurgis, & Pharmacopolis perquam utile,
& neceſſarium.

CVRA, ET OPERA

*D. IOANNIS ALOS, PRINCIPATVS*
*Cathaloniæ Protomedici.*

Anno  1686.

Fundación Uriach

BARCINONE:

Ex Typographia Antonij Ferrer, & Balthaſari Ferrer
Bibliopolarum

Fundación
Uriach

# PHARMACOPOEA CATHALANA SIVE ANTIDOTARIVM BARCINONENSE RESTITVTVM, ET REFORMATUM.

MEDICIS, MEDICINÆ STVDIOSIS Chirurgis, & Pharmacopolis perquam utile, & neceſſarium.

CVRA, ET OPERA

D. IOANNIS ALOS, PRINCIPATUS
*Cathaloniæ Protomedici.*

Anno  1686.

Fundación Uriach

BARCINONE:

Ex Typographia Antonii Ferrer & [illegible]
Bibliopolarum.

Fundación Uriach

## *APPROBATIO DOCTORIS FRANCISCI Garrigò, in Univerſitate litteraria Barcinonæ olim meritiſsimus Interpretis.*

*NIhil eſſe apud homines maioris pretij quam vitam*, aſſerabat Heliodorus: Inde maximi ducendam ab omnibus hanc *Pharmacopæam Cathalanam* arbitror; cum per eius inſtructionem doceatur quomodo removendi morbi, & promovenda perfecta ſanitas. Lib. 5

*Non eſt in Medico ſemper relevetur ut æger,*
*Interdum docta plus valet arte malum;*

ſcribebat Ovidius: unde ſapientes viri, illos perfectos Medicos vocant, non qui omnino, & ſemper ſanant; ſed qui nihil eorum, quę ad ægri curam pertinent, omittunt. Nihilominùs, vt ſacris verbis loquar: *In his curans mitigabit dolorem, & Unguentarius faciet pigmenta ſuavitatis, & unctiones conficiet ſuavitatis.* Quamobrem gratias permultas exhibendas cenſeo *Celeberrimo D. Ioanni Alos, Civi Honor. Barcin. Primario, & emerito Medicinæ Magiſtro, & Principatus Cathaloniæ Vigilantiſsimo Protomedico, &c.* Cuius cura, & opera hoc *Antidotarium Barcinonenſe reſtitutum, & reformatum eſt.* Ideoque, & cum nihil fidei, ac bonis moribus nõ conſentaneum ibi offeratur, obſequens iuſſui Illuſtris Domini Ioſephi Romaguera, V.I.D. ac pro Illuſtriſsimo, & Reverendiſsimo D. D. Fr. Benedicto Ignatio à Salazar Epiſc. Barcin. V. Gen. & Off. hunc librum publica luce digniſsimum iudico, eiuſque exemplaria millies repetita placitura. Barcin. 2. Martij 1686.

[illegible]

Eccles. 38.

*Doct. Franciſcus Garrigò Presbyter.*

Imprimatur,
*Don Michael de Cortiada Regens.*

14. Martij 1686.
Imprimatur,
*Romaguera V. G. & Offi.*

SAR-

Fundación Uriach

## *BARCINONENSIS MEDICORUM SCHOLA D. D. Ioanni Alos Civi Honorato Barcinone, Primario Medicinæ Interpreti iam emerito, & Cathaloniæ Principatus Protomedico.*

Nihil in humanis rebus commendatione, & gloria fuit dignius, quàm quod in publica commoda, omniumque utilitatem impenditur: non enim uni, vel alteri, ſed univerſę Reipublicæ pereximiam iucunditatem conciliat. Hiccine eſt tuus labor, Medicorum præſtantiſsime, qui eò ſemper collimavit, ut non minorem tibi gloriam quàm alijs utilitatem compararet. Egebat Principatus noſter Antidotario novo, vetus enim vel in pluribus obſoleverat, vel in omnibus defecerat. Tu te in eam ſedulitatem dignatus es dare, ut quod deſiderabatur perficeres; eique operi operam collocaſti, ut votis omnium cumulatiſsimè ſatisfaceres. Quam in elaborando methodum, in methodo diligentiam, in diligentia dexteritatem quis non laudet? Vtinam tuum animum ad maiora appelleres, unde quam in re Medica nactus eſt gloriam totus litterarius Orbis non ſine ingenti plauſu demiraretur. Vale.

*D. Hyacinthus Andreu Primarius Interpres emeritus.*
*D. Iacobus Puiades Primarius Profeſſor.*
*D. Iacobus Sola Primarius Profeſſor.*
*D. Auguſtinus Fatio Primarius Interpres.*
*D. Franciſcus Orriols Interpres.*
*D. Mauricius March Interpres.*

Fundación Uriach

D.

## EXCELLENTISSIMO DOMINO
## DON DIDACO PHELIPEZ DE GUZMAN,

*Duci de San Lucar la Mayor, Marchioni de Leganès, de Mayrena, & de Morata, Regio Cubiculario, Commendatori Maiori Legionis in Ordine Sancti Iacobi; Domino Oppidorum Balberde, Villar-Regis, Villar-Aquilæ, & Vaciæ Matriti, eius Perpetuo Domus Regiæ Cuſtodi, Matritenſis Villæ Perpetuo Præfecto, & armatæ cohortis veterum Cuſtodiarum Caſtellæ Ductori; Proregi, Ducique Generali Principatus Cathaloniæ, Comitatuum Roſsilionis, & Ceritaniæ, eiuſque Exercitus Generaliſsimo Duci.*

EA eſt libris cum liberis aut germanitas, aut ſimilitudo, Marchio Excellentiſsime, ut quẽadmodum iſti ſine patre non prodeunt, ſic & illi ſine Patrono non enaſcuntur: utriſque præſidio opus eſt tuto, ne alteri in vitia, ne in calumniam alteri elidantur. Vetus novam exambit lucem Pharmacopœa Cathalana, ſed in aliquibus caſtigatior, in multis uberior, in pleriſque fœlicior, in plurimis ditior, in omnibus tua ſub umbra cumulatior. Vereri equidem poteram præ operis argumẽto ne Te illius in Patronum adſciſcerem; quid enim ad tantum Principem perferrem res medicas, quem ſplendentium armorum colliſio, mugientium tormentorum tonitrus, clangentium tubarum bombi, reboantium tympanorum murmura, equi, enſes, gladii, lanceæ, machæræ, ſpari, iacula, dolones, galeæ, baltea, & id genus bellica ſupellex à crepundijs iuvarunt? Parum pol abfuit quin id à meo revocaret me voto; ſed referre pedem qui poſſem ſine ſenſuum levitate, aut ingrati animi nævo, cum is apud omnes ſis, M. E. cui & Martis, & Apollinis ſtudia non vulgarem afferunt animi voluptatem

Fundación Uriach

re quà in Martem propendes, tibi alij de militaribus, & bellicis diſciplinis dicabunt libros; quà tamen in Apollinem inclinas ego bona tua venia, & pace de Medicis rebus lucubrationes conſultiſsimè devovebo. Quid? quod neſcio qua ingenij fœlicitate ſis educatus ut tecum Machaonicæ Artis benè dives notitia adoleverit: Id mihi certè compertiſsimum, nam quoties, patiente id tempore, de humani corporis morbis, uſuque medendi mecum perhumaniter immicuiſti ſermonem, ſimul mihi anſam præbebas, ut aut Te Medicum effeciſſe naturam; aut certè Galenos, Avicennas, Hippocrates, vel de Archiatris aliquem conſuluiſſe, nedicam verſaſſe, ſuſpicarer: niſi fortè hæc tibi inſederit eruditio quòd in naturalis Philoſophiæ diſcutiendis arcanis mentem, & animum non invita Minerva per otium collocaveris. Principes olim medicæ Artis non inſcios delegiſſe Deum ex Evangelico Propheta ſatis conijcitur, cum ille, qui ad populi regimen vocabatur, *Princeps eſto noſter*, hanc, ne Principatum ſuſciperet, excuſationem prætendit *Non ſum Medicus*, perinde quaſi ſe imparem ſceptro profiteretur qui ſe Medicina perunctum non agnoſceret. Te igitur Principem exoſculemur eximium, in quem nihil non cadit, quod in optimum cadere poſsit Principatus Moncadæ decoratorem. Sed quid in his immoror, quæ licet ornamento ſint Tibi, tamen longè maiora alia, atque alia ſuppetunt argumenta, è quibus perinde à feraciſsimo ſolo uberrima laudum, encomiorumque ſeges non æſtatis modò, ſed & feliciter matureſcit? Ne autem nimium multus in epiſtola loquar, eas dumtaxat de Te res prædicabo, quæ cum heroicis Ducibus ſingulæ eſſe ſoleāt, ſunt in Te ſingulares. Quod alios vnus ſanguinis ſplendor conſpicabiles, alios pectoris magnanimitas claros, alios ſapientiæ gloria pereximios, armorum contrectatio excelſos, alios munificentiæ admirabiles aliaque alios ſtemmatum decoramēta celebres fecerunt; qualem Te M. E. commendabo, in quo cer-

Fundación Uriach

certatim, ita ut congeſtim editiſsima virtutum omnium moles aggeritur, non quæ Te ad otium deprimat, ſed quæ ad faſtigiatam gloriæ celſitudinem, & dignitatis apicem evehat, fœliciterque extollat? O Principem ſingularem, cui pulchrè contingit quod haud ſcio an nemini! De militari ſcientia quid te dilaudem? Norunt ſęcula Cęſares, Alexandros, Philippos, Ferdinandos in Martis gymnaſijs ut benè doctos, ſic in Bellonæ Theatris verſatiſsimos: ſed nihil tuæ iſtorum detrahit gloria, cũ nemo ſit unus heros, qui in bellicarum rerũ præſtantia te poſſe antegredi videatur. Noſti meherculè, M. E. à primævo adoleſcentiæ flore armatos ordines diſtribuere, digeſtas acies in campum educere, ſub ſignis habere militem comparatum, ſtativa figere, movere caſtra, iacere vallum, vineas agere, inſtructos interequitare cuneos, velitares excurſiones intentare, aperto in campo congredi, arcem obſidere, aggerem inſilire, oculis locorum diſtantias metiri, verſutias hoſtium explorare, cohortes luſtratione recenſere, tormentorum machinas collocare, librare, deſtinare; & ſi quid aliud eſt quod ad Martiales expeditiones faciat, aut ſpectet, calidiſsimè digerere addo & ſcientiſsimè percallere. Nec ijs contentus es ornamentis, quin alias de Te digniſsimas aſſecutus es facultates. Latinitatis lepores, iuxta unctiores loquendi veneres tanta fœlicitate inſuxiſti, ut iam tibi latinus ſermo vernaculus videatur: didiciſti præterea Gallicam, Italam, Germanicã, & alias minoris, vel (ſi vis ita dici) notæ inferioris linguas, quibus ita uteris facile videarum idiotiſmo iam aſſuetus quovis cum agere non erubeas. Addis ad tam gloriam ingenij Rhetoricam, Philoſophiam, Arithmeticam, Matheſim, & huius nitoris artes, quibus bonam diei partem cum aliquando impenderis, nunc etiam ſubceſsiva quædam das tempora ne poſt publica negotia expeditã tuus in otium, aut diſsidiam te animus frangat. Hinc in eo es totus M. E. rum ut quorumcumque litterarum, & philomuſſum tua dig-

ne-

neris conſuetudine, tum ut ſumma undique diligentia bonos libros conquiras; ut cum utrique ad te acceſſerint, & tu ab iſtis recedas doctior, & à te illi bene de te meriti faceſſant. Quæ cum ita ſint, & plana omnia currant, mirari iam modo deſino, quod tantam in tua Bibliotecha inſtruenda exornandaque, & navaris operam, & pecuniam prodegeris. In iſtud elegans librorum viridarium, vel de prandio te recipis, vt quando alij ſtertunt, tu eo quo polles ingenio florentiſsimo decerpendis ſapientiæ floſculis adlabores; Habes etenim in librorum ſcrinijs delicium incredibile quà Poëtica, quà Hiſtorica, quà Mathematica, quà Rhetorica, quà Philoſophica, quà Coſmographica, quà Politica, quà Myſtica, quà Medica, quà Mitologica, quà etiam Theologica monumenta frequentiſsimé revolvis. O egregium ſane Principem, qui militaribus, item ut litterarijs diſciplinis primas defers, & qui noſti oculos libris, & armis brachia conſecrare! Sed iam me tuis ſuperſedere encomijs epiſtolæ cogit brevitas, & eloquentiæ tenuitas; vnum ad extremum oro M. E. ut ea fronte, qua me tuum longo ex tempore Medicum excepiſti, eadem nunc opus iſtud quale quale ſit, amplectaris, ſingulare meæ in te voluntatis monumentum exiturum: quam ſi ineam gratiam præterquam quod nec garrientium probris, nec detrahentium genuino, nec ſubſannantium naſo patebo, nō modicum ſudoris mei præmium indepiſcar; imò & apud optimos quoſque rerū ęſtimatores tam benè audiam, quàm per te merebor. Barcinone die 14. Iulij Anno Chriſtiano milleſimo, ſexcenteſimo, octogeſimo ſexto.

*Excellentiſsime Domine*

*Excellentia tua*

*Servus humillimus*

*Doct. Ioannes Alòs.*

Fundación Uriach

*D. D. IOANNI ALOS DE PHARMACOPOEA Cathalana in publicam lucem edita benevolentiſsima Gratulatio.*

VEceſſum eſt aiebat Lipſius, quòd ſilentium cauſam habeat, vel ab oblivione, vel ab inertia. Vnde qui ad amicum ſilet, aut in eum obliviosus, aut iners non videri non poteſt. Neutrum in me erga te cadit, Vir optime; neque enim de te ſileo, nec in tuis pigrum animum traho. Reſcivi quam in Pharmacopœa Cathalana navabas operam, & præciſsis actutùm morulis vnà pennas, & calamum arripui; iſtum ut tibi ingenij fœlicitatem gratularer; illas ut in tui nominis commendationem evolarem: niſi enim vtrumque præſtitiſſem mehercle veritus eſſem otioſam erga te benevolentiam, amicitiamque gerere. Laudent alij dignitatem tuam, litteraturam alij, alij, ſis, in Apollineæ Artis diuturnam experientiam, addo, & gloriam, qua 24. & amplius annos in Barcinonẽſi Athenæo interpretatus es Machaonicæ Facultatis Primates. Mearum ſit ſolum partium perſtrinxiſſe voluptatem, quam ex opere tuo ſanè digniſsimo, præſtantiſsimoque excepi, in quo non minus Reipublicæ vtilitas, quàm tua in impoſitas tibi partes cura, ſedulitaſque eluceſcit. En mei in te animi teſtaciſsimum monimentum. Vale.

*Tuus Doct. Iacobus Sola, Primarius Medicinæ Profeſſor.*



Fundación Uriach

*FRANCISCI DE CARDONA, ET VIDAL Domicelli, & V. I. D. in Pharmacopœam eruditiſsimi, atque experientiſsimi viri Doctoris Ioannis Alòs, Civis Honorati Barcinonæ, Cathaloniæ Protomedici, eiuſdem Soceri.*

EPIGRAMMA.

Quiſquis Apollineæ ſtudioſus es artis, & artem
Exoptas, morbis ferre levamen aves
Huncque legas librum, pulchre concordat in unum
In veterum ſcriptis utile quidquid erat
En tibi Theſaurus lętæ Medicinæ ſalutis
Arti phœbeæ quæ experimenta docet:
Aſt nihil his ſcriptis quiſquam queat addere quidquam, aut
Demere, nunc ſummam namque coronin habent.

*AMANTISSIMO PARENTI DOCTORI Ioanni Alòs Pharmacopœam publicanti, eius obſequentiſſimus filius Ioſephus Alòs, & Ferrer Philoſophiæ, ac V. I. D. Civis Honoratus Barcinonæ, & in huius literaria Univerſitate Iuris Civilis Interpres.*

EPIGRAMMA.

Arte tua, Genitor, Phœbique potentibus herbis
Parcarum vires, mortis & arma ligas:
Dum, quæ celarunt hominum fera fata recludens
Arcana, aſsimilas Te, & Tua facta Dijs.
Noverunt Superi naturæ vincere iura,
Si elongant metas, quas poſuere neci,
Tu tamen accomodans naturæ iuribus iſta
Portenta excedis robora ſumma Deûm?

*DE PHARMACOPOEA CATHALANA Epigramma quod colendiſsimo Parenti ab Urbe Romana obtulit obſequentiſsimus filius Michael Alòs, & Ferrer utriuſque Iuris Doctor, & Civis Honoratus Barcinonæ.*

VT tua perpetibus famā volitare per auras
Incepit pennis, Pharmacopœa, Parens

Lau-

Fundación Uriach

Laudibus immixtos luctus reſonare Quirini
Undique diductos audio ab arce ſacra,
Hinc triſtes ſqualent febres, morbique potentes
Quas frangunt fractis viribus eſſe dolent,
Hincque ſalus cernens auctam ſe robore tanto
Unde dolent morbi guadia magna capit.
Et mortem infeſſam cum te pepuliſſe ſenectam
Aſpiciat, grates Gens tibi cuncta refert,
Inter quam teneor Doctori plura referre
Quam memini quondam me retuliſſe Patri:
Vivere nam præfers longis ni vivere luſtris
Et pluſquam Genitor per tua ſcripta meus,

*DE IATME ALOS Y FERRER, Ciudadano honrado de Barcelona, hijo del Autor,*

DECIMA.

PAdre, y ſeñor, con razon
tu mucho ſaber admira,
pues con eſte libro aſpira
a la ſuma perfeccion.
Fue en la Eſcuela tu blaſon
el explicar, y arguir,
mas tu pluma en mi ſentir,
ſe viene de oy à elevar,
enſeñando á executár
la que enſeñò à diſcurrir.

*CELEBRA IVAN ALOS y de Rius la Pharmacopea del Autor ſu Abuelo.*

DECIMA.

TOdo elogio comparado
con la doctiſſima idea
de vueſtra Pharmacopea
es niño por limitado.
Por eſſo diſpuſo el hado,
que no ſabiendo aun hablar
os pudieſſe conſagrar
eſta mi corta alabança,
que ſolo por niña alcança
entre las vueſtras lugar.

*IN LAVDEM AVTORIS SVPER PHARMACOPOEA Cathalana.*

EPIGRAMMA.

DUm paſsim violenta rapit Mors atra Magiſtros,
Ipſa etiam morbus Pharmaca corripuit.
Extulerat iam ſigna ferox victricia Clotho
Ardua ſub pedibus mille trophæa docens
Peneque de humana ſuberat ſpes nulla ſalute,
Summus ubique pavor, luctus ubique frequens
Actum erat, humanis ni ſumma ſcientia rebus
Provida divinum redderet Hippocratem.
Hippocratem rurſus Mundo, rurſusque Galenum
Te ſcribente tulit, te medicante dedit
Tecum iterum redeunt, tecumque antidota morbum
Iam medicata fugant, ut medicare queant.
Scribe igitur felix, calami namque cuſpis, acutus
Enſis erit, fatum quo ſua fata fleat.

*Suus obſequentiſsimus Diſcipulus Antonius Pera & Boſch Philoſophiæ Doctor, & Medicinæ Candidatus.*



Fundación Uriach

*IN COMMENDATIONEM PHARMAcopœæ ab eruditiſsimo, planeque ſapientiſsimo viro, Doctore Ioanne Alòs, Cive Barchinonenſi honorato, ac totius Gotholoniæ Principatus meritiſsimo Protomedico, editæ: Hieronymus Troch Barchinonenſis Pharmacopola, Authori ex animo deditiſsimus, obſequentiſsimuſque, hæc canebat.*

HYbleæ meditentur apes tibi roſcida florum
ſuggere mella, ſuos mellificare favos.
Haud vaga Rura Iugi Tymeos lectura ſalutis,
Parnaſſi præpes caſta minerva petat.
Sed mihi ſufficiat (mihi ſemper amate Ioannes)
dilectum lectum voluere ſemper opus.
Nam quæ etenim Phœbus vario diſtincta colore
ſtromata picta dedit, fertque Helicona ſolo:
Cuncta tuis redolent data fauſtis omine Chartis,
ludere queis gaudet Phœbus & ipſe nimis.

ALIUD

Quid turget tantis pollens Epidaurius herbis,
antidotum cunctis præbeat ipſe quibus?
Quid Pomona ſuos viſit Viridantibus Hortos
floribus, indulgens ocia plura ſibi?
Quid reſident Sacro Charites Vernantis Olympi
Vertice, nectentes ſerta decora Choris?
Adſit ovans flores nectens Epidaurius iſtos,
ſitque medela magis floribus iſtud opus.
Nec valeat Pomona ſuos laudare labores,
huic etenim reliquos cædere cogit ovans.
Sed Charites iam Phœbo ſibi ductore perennent
Authorem, cuius gloria ſumma, liber.

Fundación Uriach

# AD LECTOREM.

ARtes Deorum eſſe dona, ad Senatum, populumque Abderitarum ſcripſit olim Hyppocrates, quod eleganter latinus noſter Poeta ita canens teſtatus eſt Eglo. 1.

*Ab Iove principium Muſæ, Iovis omnia plena*
*Ille colit terras, illi mea carmina curæ.*

Et cùm omne bonum deſuper à Deo veniat, artes omni hominum generi utiles, & neceſſarias, cumque honeſto coniunctas à D.O.M. emanaſſe tam certum eſt, vt hac de re dubitare poſsit nemo. Neque hæſitandum nobis eſt Protoparentem Adamum ſcientijs, artibuſque cumulatiſsimè fuiſſe condecoratum, ut inde ad filios, reliquamque poſteritatem hæreditario quodam iure dimanarent. At gliſcente poſt peccatum in hominibus ignorantia, & deſidia ceperũt ſenſim artes perire, ac tandem deficere; rurſus verò latentes, ac deperditæ, multis impellentibus cauſis, ab hominibus fuerunt excogitatæ, & erutæ. Sedulam fuiſſe quarundam artium magiſtram, atque feraciſsimam matrem voluptatem, hominum antiquum in eam ſtudium docet, dum huic uni aras, & ſacellum erexerunt, ac Deam Volupiam nominaverunt Autore Macrobio lib. 8. Saturn. cap. 10. Vnde excogitata fuit ars ſaltatoria, aleatoria, comptoria, paraſitica, atque huius farinæ aliæ non paucæ ad corporis delectamentum. Duas autem præſtantiores inveniendi artes agnovit cauſas Ariſt. 1. Metaphyſ. alteram admirationem nempè rerum, quarum cauſæ ignotæ erant, & ab hominum memoria iam deletæ, iuxta vulgatum illud, *propter admirari cœperunt homines philoſophari*; alteram verò ingentem uſum, & neceſsitudinem; tanta enim neceſsitatis extitit vis, ut ipſa coacti homines de artibus inveniendis cogitaverint. Hinc factum exiſtimo, ut apud Græcos neceſsi-

tas

Fundación Uriach

tas Dea nominata fuerit, ut Pauſanias Autor eſt, cuius etiam ſacellum in Agro Corinthio fuiſſe refert. Sic ad vitam, & mores formandos moralis Philoſophia inventa fuit, ut agreſtes homines à feritate, & barbarie ad civilem cultum revocaret; unam excipio Theologiam non tam hominum induſtria expreſſam, quàm ſumma divini Nominis, & benigna liberalitate hominibus inſtillatam. Præſtantiſſimam pariter, & maximi nominis, uſuſque præcipui Medicinam neceſsitas ipſa homines coëgit inquirere, & invenire; perpetua ſiquidem cum ſit noſtræ naturæ motio, crebraque cauſarum ſanitatis deſtructio, indeque ingruentium morborum moleſta ſevities oriatur, vix ſine Medicina homines vivere potuiſſent; ipſa enim ſicut ſanis corporibus valetudinis conſervationem, ſic malè affectis reſtaurationem procurat, quamquam id ipſum, vel naturæ lege perpetuò conſequi minime poſsit, quandoquidm, vt loquar cum Homero Illiad. 6

*Nec vis Herculea fatum vitabit acerbum.*

Medicina igitur pro incolumitate retinenda, & pro repellendis morbis expetita fuit, & uſque adeò præclara, utilis, & neceſſaria eſt hominum vitæ, ut cum cæterarum artium ſtudia aliquibus proſint, Medicina ipſa omnibus prodeſſe videatur. Vel ut declamat Quintilianus, *ſola eſt Medicina qua opus eſt omnibus: nam licet reliquis artibus nec ſemper, nec omnes egeamus, huius utilitate conſtat omnis vita.* Eiuſmodi autem tam utilis, & optabilis finis, ſanitas videlicet, quæ optimum mortalium bonum eſt, non niſi medijs, aptiſque inſtrumentis comparari poteſt, quorum inter alia præſtantiſsimum, maximeque neceſſarium Pharmaceutice eſt, tertia Medicinæ pars, quæ per medicamenta abſolvitur, atque perficitur Doctore Gal. 1. de vict. rat. com. 1. tex. 6. Pharmacorum verò varij, & multiplices ab antiquioribus; tum à recentioribus Medicis excogitati, ac inventi fuerunt apparatus; ſelectiora tamen tam ſimplicia, quàm com-

Fundación Uriach

compoſita medicamina, uſitatiora, & regioni cuique aptiora in pharmacopolijs præparari, & ad uſus veluti in promptu ibi ſervari laudabili conſuetudine obſervatum eſt, ad quod rectè, & artificioſè adimplendum, in omni ferè Regno, ac Provincia inſtituta ſunt Antidotaria, ſeu Diſpẽſatoria, iuxta quorum formas, & deſcriptiones Pharmacopolæ unanimiter, ritè, & artificioſè diſponant, præparent, atque componant medicamenta. Cùm verò in hoc Principatu Cathaloniæ Antidotarij (quod veteres noſtri Concordiam appellarunt, typis excuſſam anno Domini 1587. nec hucuſque noviter editam) exemplaria penitus defecerint, & ab omnibus Medicis, ac Pharmacopœis iam diu deſiderari ceperint, & quod ægrè ferri poterat, medicamenta in plurimis Officinis citra normam ex defectu Diſpenſatorij diformiter confici obſervaverim in ordinarijs, & publicis pharmacopoliorum viſitationibus, & medicamentorum examinibus, hoc propterea opus, etſi viribus meis tenuibus impar, quodque ab alijs eruditioribus meliùs ſanè, & perfectiùs exaratum fuiſſet, obligatione coactus, atque mei muneris conſcius ſuſcepi, obſequens Regio mandato, iuxta tenorem Privilegij, quo Potentiſsimus, ac Clementiſsimus Rex noſter Catholicus iubet Protomedico ſpecialiter inter alia, *ut curam medicamentorum habeat.* In hac verò reformatione nonnihil in ordine, & claſsibus medicamẽtorum immutavi, uſitatiorem, & clariorem methodum inſequendo, quaſdam compoſitiones ut ſuperfluas, & longo tempore abſoletas detraxi, aliquas emendatas tradidi, plurimas deficientes utiles, & expertas adiunxi, præcepta quædam nonnulla pharmaceutica proprijs locis annotavi, cætera verò (nõ enim totam ParmacopϾ artem tractare noſtri inſtituti eſt) eruditis, expertis, prudentibus, artiſque peritis diſponenda reliqui, vires, uſus, & doſes medicamentorum, ut rem neceſſariam, & omnibus utilem explicui, medicamentorum tandem ſchedulas longo uſu

com-

Fundación Uriach

comprobatas, vel ex peritiſsimis Autoribus recollegi. Laudem in hoc ſtudio, candide Lector, nullam exopt... animum tantummodo, & affectum Reipublicæ benefac... di benignè excipias exoro. Et quia ob urgentem neceſsitatem opus hoc brevi temporis ſpacio abſolvere feſtinavi, aliundeque publicæ, & domeſticæ occupationes ab eo paſsim me revocabant: ideo ſi quid prętermiſſum, incultum, vel minus rectè traditum inveneris, limatiori tuo iudicio adde, illuſtra, corrige, & diu Vale

Fundación Uriach

# PRAELVDIA NECESSARIA.

## DE PONDERIBVS, ET MENSVRIS Medicinalibus.

PONDERUM, & menſurarum differentiæ plurimæ, & variæ leguntur apud antiquos, & recentiores Autores; ſequentia tamen uſitatiora ſunt.

*GRANVM* initium, & baſis ponderum eſt (veluti unitas numerorum) granum frumenti pondere adæquans, & notatur ſic. ——— ——— *gr. aut* g̃.

*SCRVPVLVS* granis viginti conſtat, cuius nota eſt. ——— ℈.

*DRACHMA* continet ſcrupulos tres, & depingitur ſic. ——— ʒ.

*VNCIA* conſtat drachmis novem, & apud alios octo, quæ deſignatur ſic. ——— ℥.

*LIBRA* pendet vncias duodecim; ſcribitur autem hoc modo. ——— ℔ *vel Lib.*

*MANIPVLVS* eſt quantitas, quam manus tota complecti poteſt, cuius ſignum eſt. ——— *M.*

*FASCICVLVS*, quantum brachio complicato tenere poſſumus, ſicque notatur. ——— *F. vel Faſc.*

*PVGILLVS* dicitur, ſi minor eſt, quantum tribus primis digitis; ſi verò maior, quantum quinque extremis ſimul iunctis capi, ac comprehendi poteſt, cuius nota hæc eſt. ——— *P.*

*GVTTA* eſt minima pars, qua liquida quandoque æſtimantur, & ſcribitur. ——— *Gut.*

*NVMERVS* ſic natatur. ——— *N.*

Fundación Uriach

## DE ADBREVIATIONIBVS Medicis.

*SEMIS* eſt dimidium, ſive dimidia pars, quæ ſolet apponi poſt notas ponderum, & menſurarum, & deſignatur ſic. ——— *ſs.*

*ANA* idem eſt, atque ſingulorum tantundem, ſive æquale

pondus, aut menſura duorum, vel plurium medicamentorum, ſicque ſcribitur. ———————— *Añ.*

*SINGVLORVM PARTES ÆQVALES* hoc modo..- *Añ part. æq.*

*QVOT SATIS*, vel quantum ſufficiat ſic.- ———————— *Q. S.*

*QVANTVM VOLVERIS* hoc modo.-- ———————— *Q. V.*

*SECVNDVM ARTEM*, ſic. -- ———————— *S. A.*

*LEGE ARTIS* notatur hoc modo.- ———————— *L. A.*

*BALNEVM MARIÆ, SEV MARIS* notatur ſic.——*B. M.*

## *DE GENERALIBVS TITVLIS, QVIBVS plura Medicamenta ſolent ſimul comprehendi.*

*Quinque radices aperitivæ.*
- Apij,
- Fœniculi,
- Aſparagi,
- Petroſelini,
- Ruſci.

*Quinque herbæ emollientes.*
- Malva,
- Althea,
- Violaria,
- Mercurialis,
- Acanthus.

*Herbæ capillares.*
- Adiantum album, ſeu Capillus veneris.
- Adiantum nigrum, Polytritum, quod Trycomanes dictum.
- Aſplenium, ſive Ceterach,
- Lingua cervina,
- Hepatica, cuius loco ponunt aliqui Rutam murariam, ſeu Salviam vitæ.

Ani-

Fundación Uriach

| | |
|---|---|
| *Novem ſemina communia vſualia.* | Aniſi, |
| | Fœniculi, |
| | Seſelis, |
| | Carui, |
| | Anethi, |
| | Fœnigræci, |
| | Lini, |
| | Cumini, |
| | Cnici. |

| | |
|---|---|
| *Quatuor ſemina calida maiora.* | Aniſi, |
| | Fœniculi, |
| | Carui, |
| | Cumini. |

| | |
|---|---|
| *Quatuor ſemina calida minora.* | Ammi |
| | Dauci. |
| | Apij, |
| | Amomi. |

| | |
|---|---|
| *Quatuor ſemina frigida maiora.* | Melonis. |
| | Cucurbitæ longæ, |
| | Cucumeris, |
| | Citrulli. |

| | |
|---|---|
| *Quatuor ſemina frigida minora.* | Endiuiæ, |
| | Lactucæ, |
| | Scariolæ, vel [illegible] |
| | Portulacæ. |

| | |
|---|---|
| *Tres flores cordiales.* | Violarum. |
| | Bulgloſsi, |
| | Borraginis. |

Fundación Uriach

*Quinque genera Myrabulanorum.*
- Citrini, ſeu flavi,
- Chebuli,
- Indi, ſeu nigri,
- Emblici,
- Bellyrici.

*Fragmenta quinque lapidum pratioſorum.*
- Saphyri,
- Granati,
- Smaragdi,
- Hyacinthi,
- Sardæ, vel Sardonis, aut Carneoli.

*Tria Olea ſtomachica.*
- Abſinthij,
- Cydoniorum,
- Maſtichinum.

*Quatuor vnguenta calida.*
- Aragon,
- Marciaton,
- Altheæ,
- Aggrippæ.

*Quatuor vnguenta frigida.*
- Album,
- Roſatum,
- Populeon,
- Citrinum.
- A[illegible]gerans Gal.

Fundación Uriach

DE

# DE AQVIS DISTILLATIS.

AQuarum diſtillatio, non tantum in Officinis Medicis, ſed apud vulgus frequenti in vſu eſt; cuius tamen recta, & artificioſa operatio valdè peritum, atque in pharmaceuticis præceptis optime inſtructum expoſtulat Artificem.

*Quid ſit diſtil-latio.*

Eſt diſtillatio liquoris aquei, ſeu partis humidioris alicuius ſubſtantiæ per calorem extractio. Variæ ſunt diſtillandi formæ, diverſaque ad hoc inventa inſtrumenta: ſed quæ in vaſis vitreis, & terreis diſtillantur aquæ præſtantiores ſatis indicatæ ſunt ijs, quæ in alembicis ex plumbo, & ære confectis extrahuntur, ob pravam forſan qualitatem noſtræ adverſam naturæ contractam.

*Aquarum diſtil. differẽtia.*

Aquæ ſtillatitiæ, quæ ſolent in Officinis Medicis ſervari, vel ſimplices ſunt, vel compoſitæ. Simplices quædam extrahuntur ex integris plantis, vt aqua borraginis, bugloſſi, & his ſimiles. Quædam ex floribus, vt aqua roſarum, citranguli, &c. Aliæ ex fructibus, vt aqua cydoniorum, fragariæ, & ſimiles. Tandem ex radicibus, vt aqua graminis, paſtinacæ, &c.

## *AQVÆ SIMPLICES.*

Abſinthij.
Acetoſæ.
Alkekengi.
Artemiſiæ.
Betonicæ.
Borraginis.
Bugloſsi.
Capillorum veneris.
Cardui benedicti.
Ceraſorum acidulorum nigrorũ, vel Guindarũ.
Cichorij.
Citranguli, vel Naphæ.
Citrulli.
Cucumeris.
Cucurbitæ.
Cydoniorum.
Endiviæ.
Erucæ marinæ.
Euphraſiæ.
Fœniculi.
Fragorũ, vel Fragarię.

Fu-

Fumariæ.
Graminis.
Hyſſopi.
Lactucæ.
Meliſſæ.
Melonis.
Menthæ.
Milij ſolis.
Myrtillorum.
Nympheæ, ſeu Nenupharis.
Nucum viridium.
Ocymi.
Papaveris rhendos, ſeu rubri.
Paſtinacæ.
Plantaginis.
Portulacæ.
Roſarum rubrarum.
Roſarum alexandr.
Copulorum Roſarum.
Salviæ.
Sambuci.
Scabioſæ.
Scordij.
Solani.
Sorborum.
Sthecadis.
Thimi.
Viperinæ, hoc eſt Scorzoneræ, &c.

## *AQVÆ COMPOSITÆ*

### *AQVA CINNAMOMI.*

℞ Cinnamomi optimi craſsiuſculè triti.—Lib. ſs.
Aquæ roſarum fragrantiſsimæ. } añ. Lib. j. ſs.
Vini albi generoſi.——— }

*Infundantur ſimul per biduum in vaſe ritè operculato, ne quid expiret, in loco calido, poſtea ſuper cineres calidos, igne ſcilicèt moderato, per alembicum vitreum diſtillentur, & aqua ſeruetur.*

*Vires, & vſus.* Facultatem habet huiuſmodi aqua roborandi ventriculum, cerebrum, cor, & hepar. Spiritus recreat, ſenſus clarificat, & flatus potenter diſcuttit. Valdè commendatur ad ciendas vrinas, provocandos menſes, partum accelerandum, & ſecundinas expellendas. Doſis eſt ab ℥. ſs. ad ℥ j.

*AQVA*

Fundación Uriach

## *AQVA IMPERIALIS QVERCETANI.*

℞ Corticum Arantiorum, & ——— } añ. ℥ iiij.
Limonum ad ſolem exſiccatorum. }
Nucis moſchatæ. ——— }
Caryophyllorum. } añ. ℥ ij.
Cinnamomi. ——— }
Fol. Meliſſæ. ——— }
Majoranæ. } añ. M. j.
Thimi. }
Hyſſopi priùs per ſe exſiccatorum. ——— }
Florum Salviæ. ——— }
Anthos. } añ. P. j.
Calendulæ. }
Betonicæ. ——— }

*Inciſis incidendis, & contuſis contundendis, macerẽtur per triduum in aqua Borraginis, & Roſarum æquis partibus ad ſupereminentiam trium digitorum, in alembico vitreo ſuprà cineres calidos: deinde diſtillentur ſecundum artem.*

Valet hæc Aqua in omnibus affectibus frigidis, & humidis ventriculi, cerebri, cordis, & vteri, quas partes maximè corroborat. In apoplexia, paralyſi, epilepſia, & ſimilibus alijs morbis valde vtilis eſt. Commendatur à Quercetano, vt ſpecificum remedium, ad iuvandam in ſterilibus conceptionem. Doſis eſt coclearc j. vel ij. ſive ab ℥ ſs. ad ℥ j. ſs. vel per ſe, vel cum iure, aut alio idoneo liquore. *Vires. & vſus,*

Fundación Uriach

## *AQVA THERIACALIS* [illegible]

℞ Succi Cardui benedicti. ——— }
Succi ſcordij. } añ. Lib. ij.
Succi cortic. nucũ juglandium viridium. }
Rad. Petaſitis. ——— ℥ iij.

Saſ-

Saſſafras. ——— ℥ſs.
Mirrhæ. ——— } añ. ℥j.
Aloes. ———
Dictami albi. ——— ℥ j. ſs.
Theriacæ magnę Androm. antiquę. ——— ℥vj.
Vini albi generoſi. ——— Lib. j.

*Quæ terenda ſunt terantur, omniaque mixta macerentur per triduum in B. M. poſtea ſ. a. diſtillentur.*

*Vires, & vſus.* Præſtantiſsima eſt aqua iſta ad roborandum cor, & cerebrum, atque horum facultates recreandas. Omnem peſtilentem, & veneratam qualitatem oppugnat, & extinguit, felicisſimus illius uſus eſt in omnibus morbis ubi ſudor eliciendus eſt. Omni animi deliquio, vertigini, epilepſiæ, appoplexiæ, & paralyſi ſummopere prodeſt. Doſis a ʒ iij. uſque ad vj. per ſe, vel cum convenienti alio liquore.

## *AQUA ANTINEPHRITICA, SIVE contra Calculum Renodei.*

℞ Radicum Apij. ——— } añ. ℥ ij.
Ononidis.
Eringij.
Raphanorum per taleolas inſcis. ———
Siliquarum viridium fabarum. ——— ℥ iij.
Saxifragiæ. ——— } añ. M. j.
Criſtæ marinæ.
Pimpinellæ.
Ameos.
Sumitatum Altheæ. ———
Granorum Alkekengi. ——— } añ. ℥ ij.
Cicerum rubrorum.
Sem. Milij ſolis. ———
Mala citria in orbiculos ſecta. ——— N. ij.

*Macerentur per diem integrum in ſ. q. vini albi, ad ſupereminentiam duorum, vel trium digitorum, po-*

Fundación Uriach

*poſtea ſ. a. diſtillentur. Aqua reponitur vaſe idoneo, cui ſi parum olei, ſeu ſpiritus vitrioli admiſceatur, vt acidiuſcula reddatur vires efficaciores habebit.*

Mira eſt huius Aquæ vis [inquit peritiſsimus Renodeus) ad calculum atterendum, & expellendum, urinam ciendam, menſes movendos, partum accelerandum, viſcidos humores attenuandos, & obſtructiones tollendas. Debent verò illius ſumi duo coclearia, aut pauló plus, vel ab ℥ j. ad ℥ iij. idque mane ieiuno ſtomacho, vel longè poſt paſtus. *Vires, & vſus.*

## *AQUA AD AD GONORRHÆAM fœtidam, & virulentam Quercetani.*

℞ Pulveris Menthæ ſiccæ.
Dictami.
Rad. Ireos florentinæ. — añ. ℥ j.
Pul. ſeminis Agni caſti.
Rutæ.
Lactucæ. — añ. ℥ vj.
Terebenthinæ venetæ. — ℥ iiij.
Vini albi. — ℥ xx.

*Hæc omnia injciantur in Alembicum, & per Balneum vaporoſum diſtillentur.*

Valet hæc præſtantiſsima Aqua ad quaſcunque virulentas gonorrhæas, etſi inveteratas, quam centies ſe expertum fuiſſe fatetur Autor. Commendatur etiam in ulcere renum, & meatus veſicæ urinæ. Exhibentur mané duo cochlearia per aliquot dies, præmiſſa convenienti purgatione. *Vires, & vſus.*

## *AQUA OPHTHALMICA.*

Fundación Uriach

℞ Succorum Fœniculi.
Chelidoniæ.
Rutæ. — añ. ℥ ij.
Rhodomellis Nicolai. — ℥ viij.

Foliorum viridium Euphratiæ. ——— }
Verbenæ. } añ. M. j.
Maioranæ. ——— }
Florum Anthos. ——— P. j.
Fellis Bovini. ——— ℥ iij.
Mirrhæ. ——— }
Aloes. ——— } añ. ℥ j.
Sarcocollæ. ——— ʒ ij.
Camphoræ. ——— ℈ ij.

*Terantur terenda & omnia ſimul mixta diſtillentur in B. M. & aqua ſervetur.*

*Vires, & uſus.* Plurimis oculorum affectibus utils eſt hæc Aqua. Viſus debilitati, habetudini, & caligini prodeſt. Sordes oculorum detergit, maculas auſert, ulcera ſanat, ſuffuſionem impedit, claritatem oculis auget, & robur conciliat.

## *AQUA ALUMINOSA COMMUNIS Renodei, vel Liebaldi.*

℞ Succorum Plantaginis. ——— }
Portulacæ. } añ. Lib. j.
Agreſtæ. ——— }
Aluminis rupei. ———
Albumina ovorum. ——— N. xij.

*Miſta omnia, bacilloque, aut rudicula probè agitata diſtillentur in B. Maria.*

*Vires, & uſus.* Utilis eſt extrinſecùs applicata in inflammationibus, herpete, & alijs pluribus ſimilibus cum infectionibus [illegible] ulratem refrigerandi, exſiccandi, detergendi, & cohibendi fluxiones. Si ad moveatur linguæ aridæ, & nigricanti in febribus [illegible] illius non modo ſcabritiem delet, ſed calorem temperat, & [illegible] naturalem reducit.

Fundación Uriach

AQUA

## *AQVA ALVMINOSA ALIA Fallopij.*

℞ Aquarum Plantaginis. } aň. Lib. j.
Roſarum. }
Aluminis rupei pulverati. } aň. ʒ ij.
Mercurij ſublimati pulverati. }

*Bulliant ſimul in phiala vitrea ſupra craticulam carbonibus accenſis obſeſſam, ad medietatis conſumationem. Sinantur reſidere per dies quinque: poſtea decantetur Aqua.*

Potentior, & efficacior eſt huiuſmodi Aqua ſuperiori in eiſdem, & ſimilibus affectibus, propter mercurium ſublimatum. *Vires, & vſus.*

## *AQVA PECCETTII, SEV POTIVS vveckeri, ad ulcus cum oſsis carie.*

℞ Radicis Ariſtolochiæ utriuſque. } aň. ℥j. ſs.
Iridis Florentiæ. }
Centaurij minoris. }
Agarici. ʒ iij.
Symphyti. } aň. M. j.
Hyperici. }
Pedis columbini. }
Herbæ Roberti. }
Corticum Pini. ℥ ij.
Roſarum rubrarum. } aň. P. ſs.
Anthos. }
Mellis roſati colati. ℥ iij.

*Irrorentur omnia vino albo, & diſtillentur alembico plumbeo.*

Fundación Uriach

Aqua iſta frequenter, & fœliciter utuntur Chirurgi in ulceribus
*Vires, & uſus.* ſordidis, & ſinuoſis cum oſſis carie.

## *AQUA STIPTICA, VULGO ARTErialis dicta, Nicolai Lemery.*

℞ Coleotharis, vel vitrioli rubri in retorta poſt ſpiritus extractionem reſidui. } añ. gr. xxx.
Aluminis uſti. }
Vrinæ impubis perſonę. } añ. ℥. ſs.
Aquæ roſaceæ. }
Aquæ Plantaginis. ℥ ij.

*Diu hac omnia in mortario ſimul agitato; hinc mixturam in phiala effunde; effundendus vero per inclinationem erit liquor, cum eo uti cupies.*

## *EIUSDEM AQUÆ ALIA FORMA ſecundum novum uſum.*

℞ Aquæ Plantaginis. ℥ ij.
Aquæ roſaceæ. } añ. ℥. ſs.
Vrinæ Hominis ſani. }
Sacchari Candi. ʒ j.
Vitrioli viridis. } añ. ʒ j. ſs.
Aluminis uſti. }
Spiritus Vitrioli. gut. iiij.

*Omnia exacte mixta cola per papyraceam chartam delicatiſsimam, & colaturam [illegible]*

Fundación Uriach

Efficaciſſima eſt Aqua iſta ad ſiſtendum quemlibet ſanguinis
*Vires, & uſus.* fluxum parti vulneratæ, abſciſæ, ſeu mutilatæ applicata, vt plurimis experimentis fœliciter comprobatum eſt. Si duplicatum linteum (inquit Lemery) hac aqua imbutum arteriæ ſectæ applicatur, ac manus deſuper teneatur, ſanguinem ſiſtit. Cum nimio impetu ſanguis erum-

erumpit duplicandum eſt primum linteum vulneri admotum, aut per horam dimidiam, id digitis admotis faciendum. In naſum introducta hæmorragiam cohibet. Sumpta intus ſiſtit hæmoptoſim, fluxuſque dyſentericos, hæmorrhoidum, & menſium. Exhibetur à gut. x. ad xx. cum aqua centinodiæ, vel alia idonea.

# DE DECOCTIS.

QUOD Græcis dicitur *apozema* à verbo *apozeo*, hoc eſt decoquo, vel ferveſacio, apud Latinos vocatur decoctum. Quod eſt forma quædam medicamenti liquidi, & fluxilis ex medicamentorum elixatione in aqua, vel alio convenienti liquore facta. Pro rerum verò coquendarum varia ſubſtantia, & viribus, omnis decoctio, aut levis eſt, aut valida, vel mediocris. Quædam enim tantum leviter decoquenda ſunt, vt quæ ſubſtantiam habent raram, facultatemque imbecillem, & facile diſſipabilem. Alia validiorem decoctionem, ſuſtinent, quorum ſcilicet ſubſtantia firma eſt, craſſa, & denſa, virtuſque non facile reſolvitur. Alia verò, quæ ſubſtantia, & viribus inter illa media ſunt, mediocriter coquonda, vt fructus, qui nec ita leviter vt flores, nec tam validè, vt radices, decoquuntur. *Quid ſit decoctũ*

Certa verò quantitas liquoris in decoctione ponenda vix deſignari poteſt, & induſtriæ periti Pharmacopœi ſæpius relinquitur, qui ex uſu, coniecturis, & præceptis quibuſdam, iuſtam menſuram determinare poterit. Debet autem liquoris quantitas ſimplicium decoquendorum quantitati reſpondere, ita vt nec multum exuperet, aut deficiat; cum enim per decoctionem medicamenta, vires ſuas in liquore deponant, ſi iſte valdè copioſus fuerit, illa vero pauciora, decoctum tandem colatum vires habebit imbecilliores; ſi vero multa medicamenta in liquore pauco decoquantur, facta huius cita exhalatione, & diſſipatione, illorum potius uſtio, quam elixatio fiet. *Quantitas liquoris in decoctione.*

Quæ validam, & longam decoctionem ſuſtinent, copioſiorem aquam poſtulant, quæ breviorem, minorem. Medicamenta et ſi humida, & ſucculenta, minorem aliquantulum requirunt liquoris quantitatem. Oportet autem quammaxime conſiderare, quantus liquor coctione abſumendus ſit, quantuſque remanere debet, nam pro maiori vel minori conſumptione, & remanentia, maior, vel minor debet eſſe quantitas illius accipienda. Quod ſanè animadvertendum eſt in multiplicatione Schedularum: nam ſi dupla quantitas e. gr. Medicamenti requiratur, æquali proportione duplicandum eſt unumquodlibet ſimplex compoſitionem ingrediens; liquor autem augeri dumtaxat debet ea in quantitate, quæ per coctionem conſumenda eſt, vt iuſta remanear

Fundación Uriach

neat portio neceſſaria, & ne plus quàm oporteat coquantur medica-
menta. Quod ſequenti exemplo declaratur. ℞. Hordei ℥ ij. Aniſi
ʒ j. Aquæ Lib. vj. coque ex arte ad medietatis aquæ conſumptio-
nem. Si duplum huius decocti expetas, ℞. Hordei ℥ iiij. Aniſi ʒ ij.
Aquæ verò Lib. viiij. & coques ad conſumptionem trium aquæ li-
brarum, quæ ita conſumptæ fuerunt in prima Schedula, & remanebit
dupla quantitas. Ita ſervata proportione faciendum erit in tripla, qua-
drupla, & ceteris maioribus multiplicationibus. In diminutione etiam
compoſitionum ſervari debet proportio, omnibus ſcilicet ad penſum
diminutis, dummodo liquor ſufficiens ſit ad perfectam coctionem,
& iuſtam remanentiam.

*Nota.* Obſervare autem oportet, quòd vbi decoctionem præcedit in-
fuſio medicamentorum ſimplicium ſub diverſo modo ſubſtantiæ, vel
conſiſtentiæ, ut ſi aliqua duriora, & ſolidiora fuerint, alia verò tenuio-
ra, rariora, & facilis exolutionis, qualia ſunt aromatica, non debent
omnia ſimul eodem vaſe macerari, indeque ſic permixta per idem
temporis ſpacium coqui; ne ſcilicet per diutinam moram, qua conco-
qui debēt ſolidiora, & quæ vim in centro recondunt, diſſipentur inte-
rim vires eorum, quæ ſubtilem, & citò reſolubilem obtinent ſubſtan-
tiam: qua propter debet infuſio fieri diverſis vaſis, vt poſſit in deco-
ctione ſervari graduatio.

*Modus & ordo in decoctione.* Fiat autem decoctio igne puro, non fumido, nec alicuius ligni
corrupti, aut alterius rei putridæ, ac prava qualitate præditæ, len-
to etiam, & miti calore, ne forti, ac violento tenuior pars medica-
menti cito reſolvatur, remanente craſſa, fæculenta, & inutili. Hoc ta-
men ordine ſervato, vt quæ difficilis ſunt coctionis, veluti craſſa, fri-
gida, & ſolida, coquantur prius, dein ſuo loco, & tempore, quæ facilè
coquuntur ordinatim addantur, cavendo ne nimis coquantur, nam
abſumpta medicamenti vi, & partibus craſſioribus torrefactis, amara,
& inepta redduntur.

## *DECOCTUM COMMUNE AD diſſolvenda Medicamenta purgantia.*

℞ Pruna damaſcena. —— N. iiij.
Vvarum paſſarum. —— ℥ ſs.
Glycyrrhizæ raſæ, & contuſæ. —— ʒ ij. ſs.
Seminis Fœniculi. —— ʒ j.
Florum trium cordialium. —— P. j.
Aquæ fontis. —— ℥ xvj.

*Coque ad conſumptionem unius libræ: deinde cola*
*pro*

Fundación Uriach

*pro vna potione. Quod ſi ad alios vſus requiratur maior quantitas huius decocti, facile, fiet auctis portionibus medicamentorum ingredientium, & aquæ, ſeruata proportione iuxta regulas artis.*

Laudabilis eſt huius decocti vſus in potionibus purgantibus. Temperatum enim eſt, iuvatque medicamentorum purgantium actionem, vel ſaltem eam non perturbat, ſed potiùs quorundam caliditatem, & acrimoniam, ingratumque ſaporem corrigit, nonnihilque partes roborat, quod utile, & neceſſarium eſt in purgationibus. *Vires, & vſus.*

## DECOCTUM COMMUNE *pectorale.*

| | |
|---|---|
| ℞ Hordei integri | ℥ j. |
| Glycyrrhizæ raſæ, & contuſæ. | añ. ℥ ſs. |
| Ficuum pinguium. | |
| Dactylorum. | |
| Prunorum. | |
| Paſſularum. | |
| Iujubarum. | |
| Capillorum veneris. | M. j. |
| Hyſſopi mediocriter ſicci. | M ſs. |
| Florum trium cordialium. | P. j. |
| Aquæ pluvialis, aut fontanæ. | Lib. iiij. |

*Coquantur ad conſumptionem duarum librarum, & ſemiſsis, colatura ſervetur ad uſum.*

Valet ad humectandum, & leniendum pectus: humores craſſos, & viſcidos in eo contentos ad commodam expulſionem praeparat, Eius doſis eſt ab ℥ iij. ad v. & ad vj. cum julepo, vel ſyrupo idoneo. Illo nonnunquam utuntur Medici ad diluenda purgantia medicamenta in affectibus thoracis. *Vires, & vſus.*

Fundación Uriach

DE-

## *DECOCTUM COMMUNE ad Enemata.*

℞ Foliorum Malvarum.
Betæ.
Violariæ. } añ. M. j.
Mercurialis.
Brancæ urſinæ.
Seminis Aniſi. } añ. ℥ ſs.
Fœniculi.
Furfuris puri. P. j.
*In ſ. q. aquæ fiat ex arte decoctum, & cola pro clyſtere.*

## *DECOCTVM CARMINATIVVM communne ad Enemata.*

℞ Seminis Fœnigræci. } añ. ℥ iij.
Seminis Lini.
Sem. Aniſi.
Fœniculi. } añ. P. ij.
Anethi.
Florum Anthos.
Chamęmeli. } añ. ʒ. ij.
Meliloti.
Aquæ. q. ſ.
*Coquantur ad tertia par[illegible]vem, colentur cum expreſsione, & colaturam ſerva ad uſum.*

Fundación Uriach

*Vires, & uſus.* Carminativum dicitur, ideſt flatus diſcutiens, ideoque in omnibus affectibus frigidis, & humidis, & ex materia flatulenta ſubortis utiliſsimum eſt, ut in dolore colico, inflationibus ventriculi, hypocondriorum, & uteri, atque in ſimilibus morbis alijs.

# DE IVLEPIS, SYRUPIS, ET ALIJS AD HOS PERTINENTIBVS.

SYrupus dictus eſt à *Syro*, quod eſt traho, & *opos* ſuccus: vel dicitur à Syria Provincia in Aſſia, quoniam ab Arabibus illius Regionis inventus eſſe creditur. Duplex eſt illius compoſitionis, ſeu confectionis forma: vel enim imperfectè coctus eſt, & apozema etiam vocatur, qui præcipientibus Medicis ex decocto plantarum, cum ſaccharo, vel ſyrupo alio paratur, & de hoc non eſt in præſenti ſermo: vel eſt perfectè coctus, clarificatus dictus, qualis in Officinis ſervatur, de quo hic tractamus, & eſt liquidum medicamentum ex ſuccis, aut decoctis plantarum ſaccharo, vel melle paratus, ad ſaporis gratiam, & cuſtodię diuturnitatem. Sũt autem ſyrupi clarificati in duplici differentia. Alij dicuntur ſimplices, qui ex unius ſimplicis medicamenti ſucco, vel decocto parantur, ut ſyr. endiviæ ſimplex, borraginis, acetoſæ, &c. Alij compoſiti vocantur, qui ex pluribus conficiuntur, ut ſyr. endiviæ compoſitus, ſyr. ex duabus, vel quinque radicibus, &c. *Syrupi atimologia.* *Definitio.* *Diviſio.*

Inter ſyrupos reperitur Iulep, ſive Iulepus, qui á ſyrupo proprié tali quodammodo diſtinguitur: ſiquidem Iulepus majorem accipit coctionem, ſemperque fit cum ſaccharo ex aqua diſtillata, aut infuſione aliqua; ſyrupus vero perpetuo ex ſucco, vel decocto cum ſaccharo, & multories cum melle, vel utroque ſimul. *Iulep.*

Circa quantitatem ſacchari, & mellis in confectione ſyruporum apponendam, ad gratum videlicet illorum ſaporem, & conſervationem, varia eſt Autorum ſententia. Cæterum præciſum, & exactum pondus in genere determinari nequit ob diverſum modum ſubſtantiæ ſuccorum in craſſitie, & tenuitate, aquoſitate, &c. vel ob gratum, vel ingratum illorum ſaporem, & propter alias [illegible], & ſingula perito artifici conſideranda ſunt, & ex particularibus formulis ſubſequentibus clariùs innoteſcet. *Quantitas ſacchari in ſyrupis.*

Vt autem ſyrupi gratiores palato reddantur, [illegible] tribuantur, à craſſioribus debent ſordibus expurgari, clarificatione media. Multis verò modis hæc fieri poteſt, nempe vel ſola liquoris quiete dum portio magis feculenta ſubſidet, colatione, deſpumatione, acidi vel rei acidæ mixtione, vel tandem albuminum overum cum re clarificanda agitatione, & coctione, quæ uſitatior eſt apud Pharmacopæos in clarificatione ſyruporum, qui ex ſaccharo conficiuntur. Ovorum autem albumina ſcopulo, aut cochleari agitanda ſunt donec tota *Clarificatio.*



Fundación Uriach

ſpumeſcant, & ubi coctione perfecta, albuminibus ſpuma exactè colligata eſt, artificioſè detrahenda, ac ſeparanda, vel trajectione communi, quæ fit per pannum, vel colatura magis particulari, quæ fit per manicam hypocraticam, ter vel quater iterata colatione donec ſyrupus planè claruerit. Syrupi verò cum melle parati ſola deſpumatione clareſcunt iniecta dum coquuntur aqua per intervalla, donec ſpuma fervore ſupernatans candida extrahatur.

*De Penidijs.* Supereſt hic aliquid præmittere, & annotare de quodam ſaccharo præparato quorundam ſyruporum confectiones, plurimaſque alias compoſitiones ingrediente, quod ab albedine alphenicum vulgariter nuncupatur, à Medicis autem, & Pharmacopęis penidiæ, vel penidia, quæ quidem fiunt ex aqua hordei, & ſaccharo, ea proportione, & arte coctis, vt maſſa quædam fiat admodum ſolida, & ita tractabilis, vt digitis non adhæreat, & in fila ducatur tenuiora, craſſiora, breviora, aut longiora, & ſæpiús intorta, ſoletque varie in paſtillos, vel bacilla intorta more chordarum effingi.

Obſervandum autem, quod ſi ad uſus Medicos præſcribantur penidia, diligenter, & ex arte parentur à Pharmacopœis nam quæ apud Aromatopolas extant, ex ſordido, & excrementitio ſaccharo percolato, addito amylo, farina, vel alio ſimili ſæpiús conficiuntur.

Verúm iam diu, maximeque hoc noſtro temporé apud omnès in medicamentorum compoſitionibus fere abſoletus eſt penidiorum uſus, quorum loco ſaccharum optimum ſubſtituitur; licet enim penidia per ſe ſola in ea forma ſolida, & friabili, ore liquata alicuiús uſus eſſe poſsint, utpote in affectibus pectoris ad leniendas tracheæ arterię aſperitates, ſputumque movendum; diſſoluta veró in alio liquore nihil præ reliquo ſaccharo peculiare habent, nec ab eo niſi ſola ultra ordinariam conſiſtentiam coctura, & peculiari ſaltem formandi modo diſcrepant, qui modus, & operatio ſpeciem, & virtutem eius non variat, nec ullam vim, & efficaciam ulteriús illi addit. Poſſimus ergo recta cum ratione, vel ipſa penidia ex arte confecta, vel illorum loco, & minore quæſtu in compoſitionibus optimum ſaccharum imponere. Non improbamus tamen conſuetudinem Honorab. Pharmacopolarum Barcinonenſium, qui ubi in compoſitionibus præcedit coctio, pro penidijs ſaccharum album ponunt, addita drachma una hordei in decocto pro unaquaque il[illegible]eribus vero ſaccharum candum penidiorum loco ſubſtituunt.

Fundación Uriach

## *IULEP ROSATUM MESUES.*

℞ Aquæ Roſarum. ——————— Lib. iij.
Sacchari clarificati. ——————— Lib. ij.

*Coquantur ad iuſtam conſiſtentiam, & fiat Iulep.*

Prop-

Propter ſuavitatem appellatum fuit hoc medicamentum Julepus , ſive Syrupus Regius,& Alexandrinus , quaſi Alexandro dignus. Cuius uſus frequentiſsimus olim fuit, & quovis tempore paratu facilis eſt, ad extinguendum febrilem calorem, & ſitim: Cardiacus eſt, & vitales ſpiritus reficit , atque cordis æſtuantis ardorem mirificè remittit , tum & ipſum cor, ac reliqua viſcera corroborat. Doſis eſt ab ℥ j. ad ℥ ij. cum alio convenienti liquore.

*Vires, & uſus.*

## *RHODOSACCHARUM , IDEST SYRUPUS ex ſucco Roſarum rubrarum.*

℞ Succi Roſarum rubrarum.——— Lib. j. ß.
Sacchari clarificati.——— Lib. iij.
*Coque ad ſyrupi conſiſtentiam.*

Ex floribus Roſarum plurimi , & diverſa forma parari ſolent ſyrupi ad multiplices, & utiles effectus, qui longo uſu comprobati ſervantur in noſtris Officinis. Roſarum autem cum variæ ſint ſpecies, ſelectiores tamen ſunt rubræ,& pallidæ,alexandrinæ,& damaſcenæ vocatæ , quarum vires non omninò ſimiles,& æquales ſunt ; licet enim utraque roſa,docente Gal. 8. ſimpl.cap. de Roſa, ex aquea ſubſtantia calida mixta,duabus alijs qualitatibus,adſtringenti videlicet, & amara compoſita ſit,ideoque refrigerandi, adſtringendi, & roborandi, ſimulque abſtergendi , & laxandi facultatem habeat ; nihilominus rubra adſtringit,& roborat magis ; pallida vero ſeu alexandrina plus laxat,ſolvit, & abſtergit,quam roboret.

*Annotatio.*

Utile eſt Rodoſaccharum ad compeſcendum bilis fervorem, & calorem febrilem,ad tollendum ſitim,roborandas partes internas, leviterque abſtergendas,conciliandum ſomnum,& ad corrigendam putredinem in febribus. Doſis ut ſupra.

*Vires, & uſus.*

## *RHODOMEL NICOLAI.*

℞ Succi Roſarum rubrarum.——— Lib. j.
Mellis deſpumati——— Lib. ij.
*Coque ad conſiſtentiam ſyrupi.*

Fundación Uriach

## *RHODOMEL ALIUD, MEL ROSATUM colatum dictum Meſues.*

℞ Succi Roſarum rubrarum. } añ. partes equales.
Mellis electi deſpumati. }

*Paretur ex arte Syrupus.*

*Vires, & vſus.* Duo iſti Syrupi ſolum ratione maioris, & minoris Mellis, & ſucci Roſarum quantitatis differunt. In affectibus calidis non ita conferunt, vt Rodoſaccharum, propter mel ſaccharo calidius. Plurimùm autem proſunt ad humores viſcidos, & crudos ventriculi attenuandos, & abſtergendos, ſimulque ventriculum ipſum roborandum ab ℥ j. ad ij. Frequens illorum uſus eſt ad mundificanda, & exſiccanda ulcera externa, tum etiam inteſtinorum cum clyſteribus.

## *SYRUPUS EX NOVEM INFUSIONIBUS Roſarum Alexandrinarum Meſues.*

℞ Florum Roſarum Alexandrinarum recentium. — Lib. vj.
Aquæ fontanæ calidæ. — Lib. xv.

*In vaſe terreo vitreato, ſtricti oris, probè operculato Roſæ in dicta aqua horis octo macerentur, quibus exactis, exprimendo cola aquam, in qua iterum calefacta tantundem Roſarum recentium denuò infunde eiſdem horis octo, & rurſus cola: infuſionem verò tertiò, ac quartò, imò ſi libuerit novies repetere eadem ratione poteris, nõ immutata ſcilicet Roſarum quantitate, & infuſione recalefacta. Deinde accipe.*

Prædictæ infuſionis. — Lib. v.
Sacchari clarificati. — Lib. iiij.

*Ad ignem oportunum fac artificiosè Syrupum.*

*Vires, & vſus.* Huius Syrupi uſus frequentiſsimus eſt ad purgandum bilioſos, & feroſos humores ab ℥ j. ad iij. & ſi fuerit antiquas, peractis ſcili-

cet

Fundación Uriach

cet ſex menſibus minus purgat, ideoque in maiori quantitate propinari poteſt, ſive ſolus, ſive cum alijs purgantibus medicamentis ſumatur.

## *RHODOMEL SOLUTIVUM ſecundum uſum.*

℞ Infuſionis Roſarum Alexandrinarum modo ſupradicto factæ. ——} an. Lib. iij.
Mellis electi deſpumati. ——————} an. Lib. iij.
*Fiat ex arte Syrupus.*

Valet ſimiliter iſte Syrupus ad educendos humores bilioſos, & feroſos: pituitoſos quoque, & lentos primæ corporis regionis abſtergit. Datur etiam ab ℥ ij. ad iiij. *Vires, & uſus.*

## *SYRUPUS ROSATUS AUREUS ſolutivus.*

℞ Roſarum Alexandrinarum ſemicompletarum ſummo mane ante ſolis ortum rore noctis ſerenæ madeſcentium collectarum. ——} an. Lib. iij.
Sacchari albi optimi. ——————} an. Lib. iij.
Aquæ roris noctis. ——————— Lib. v.
*Sume rorem ſereno tempore ex plantis ſalutiferis recollectum, & per aliquid tempus reſidere ſine, cum quo ſaccharum ad mediam conſiſtentiam coquatur, & clarificetur. Deinde cum ipſo calēte Roſa in minutas partes inciſa, unguibus rerectis, per diem integrū loco calido ſubmergantur in vaſe vitreo, [illegible] vitreato ſtrictioris, ac bene obturato. Poſtea cola, colaturam moderato igne recoque ad iuſtam Syrupi conſiſtentiam.*

Fundacion Uriach

*Annotatio.* In defectu roris cœleſtis poteſt clarificari ſaccharum cum aqua pluviali, aut fontana, ſed erit Syrupus minoris efficaciæ, cum ros peculiarem vim ſolutivam habeat.

*Vires, & vſus.* Syrupus iſte aureus facultatibus ſimilis eſt Syrupo ex novem inſuſ. roſ. alex, eademque doſi, vel paulò maiori exhiberi poteſt.

## *SYRVPVS ROSATVS AVREVS Donzelli.*

℞ Infuſionis roſ. alexandrinarum in aqua roris noctis factæ. —————— q. v.

*Diſtilla ex arte, & aqua diſtillata infunde per tempus ſufficiens novas Roſas, & iterum diſtilla, & repete eodem modo uſque ad duodecim vices, additis ſemper recentibus Roſis. Poſtea accipe.*

Sacchari clarificati. —————— q. ſ.

*Miſce, & ex arte fiat Syrupus.*

*Vires, & vſus.* Iſte Syrupus etſi laborioſæ ſit operationis delicatiſsimus eſt in colore, odore, & conſiſtentia, fœliciterque exhiberi poteſt, cuique ætati, ac temperaturæ, & in maiori doſi, quam ſuperior. Iuxta Auctoris conſilium dari poteſt nive refrigeratus, uſque ad ℥ x.

## *SYRVPVS ROSARVM SICCARVM.*

℞ Roſarum rubrarum ſiccarum. —————— Lib. j.
Aquæ pluviæ. —————— Lib. iij.

*Fiat infuſio pari modo, ut ſupra diximus de infuſione Roſarum alexandrinarum, ſed ter illam ſolummodò repete. Poſtea accipe.*

Infuſionis prædictæ. —————— Lib. v.
Sacchari albi. —————— Lib. iiij.

*Fac ex arte Syrupum.*

*Vires, & vſus.* Ad cohibendam quamcumque fluxionem vtilis eſt. Sic in dyſenteria, diarrhea, & lyenteria, atque etiam in omni ſanguinis fluxu utiliter commendatur. Quod quidem præſtat, quia docente Dioſcor. lib. 1. cap. 121. Roſæ ſiccæ multo magis adſtringunt, & refrigerant, quam

Fundación Uriach

quam virides; virtute namque ſolis reliquæ Roſæ partes abſumptæ ſunt præter terreſtrem.

## *SYRUPUS FLORUM PERSICORUM.*

*Parari poteſt ex trina infuſione florum recentium Mali perſici cum aqua fontana ſimili modo, ut ſupradictus.*

Facultatem habet evacuandi per alvum aqueos, & bilioſos humores, & vermes enecandi. Incidit, & attenuat, atque meſenterium ab infarctu liberat. Datur ab ℥ j. ad iij. *Vires, & uſus.*

## *SYRUPUS VIOLARUM, SECUNDUM uſum.*

℞ Conſervæ violarum. ——— ℥ vj.
*Infunde in libris quatuor aquæ, & unico fervore facto, cola, & adde.*
Sacchari clarificati. ——— Lib. iij.
*Ex arte fiat Syrupus.*

Varia, & multiplex eſt Syrupi Violarum deſcriptio apud Autores, diverſuſque parandi modus. Meſues in Antidotario Julepum ex libris tribus ſucci Violarum, & duabus ſacchari componit, qui iam in noſtris Officinis non obſervatur, an propter eius ingratum ſaporem, & facilem eius corruptionem, vel quia non reperitur apud nos tanta Violarum copia, quæ neceſſarió requiritur ad extrahendam eam quantitatem. Uſus ergo nunc receptus eſt communem, ſeu vulgarem Syrupum violarum fieri ex illarum conſerva. *Annotatio.*

Confert violarum Syrupus ad compeſcendum calorem in febribus ardentibus, ſitim tollendam, bilis acrimoniam retundendam, & ſomnū conciliandum. In inflammationibus, & ulceribus renum, veſicæ, & uteri præſtans auxilium eſt: utilis quoque eſt in affectibus gutturis, pulmonis, & thoracis à cauſa calida provenientibus. Viola enim vim habet refrigerandi ex Dioſcor. lib. 4. cap. 117. & Gal. 6. ſimpl. c. de *Ion.* ſeu viola, aqueam, & ſubfrigidem ſubſtantiam ſuperantem poſsidet. Meſues in primo ordine, ſeu receſſu frigidam eſſe ſtatuit, & inter refrigerentia optimam eſſe, quia citra noxam id præſtat. Doſis eſt ab ℥ j. ad ij. cum idoneo liquore. *Vires, & uſus.*

Fundación Uriach

ST-

## *SYRUPUS EX PLURIBUS INFUSIONIBUS Violarum Meſues.*

℞ Infuſionis violarum.——————— Lib. v.
Sacchari clarificati.——————— Lib. iiij.

*Fiat infuſio violarum eodem modo, quo ſupradictum eſt de infuſione Roſarum alexandrinarum, & ex arte paretur Syrupus.*

*Vires, & vſus.* Superiori efficacior eſt Syrupus iſte, & præter relatas vires, facultatem obtinet leniendi, & laxandi alvum, ideoque fœliciter cum potionibus ſolutivis, & purgantibus permiſceri ſolet ab ℥ j. ad ℥ iij.

## *SYRUPUS VIOLATUS ELEGANS dictus. D. Pariſ. ex Pharmat. Lugd.*

℞ Violarum recentium mundatarum — Lib. j.
Aquæ ferventis.——————— Lib. iiij.
Succi Citri depurati——————— ℥ j.
Sacchari optimi pulverati.——————— ℥ iij.

*Infundantur ſimul per horas decem. Poſtea colentur, & exprimantur leviter per pannum album, & novum. In expreſſo calidiuſculo infunde ſecundo.*

Violarum recentium mundatarum——— Lib. j.
Succi Citri defecati.——————— ℥ j.
Sacchari optimi triti.——————— ℥ ij.

*Poſt horas decem colentur per eundem pannum, & exprimatur leviter. In expreſſo infunde tertio per horas decem.*

Violarum recentium mundatarum.——— Lib. j.
Sacchari optimi in pollinem redacti.——— ℥ ij.

*Colatum, & leviter expreſſum immitatur in fictile vitreatum, diſſolvendo.*

Sac-

Fundación Uriach

Sacchari optimi pulverati. ———————— Lib. iiij.

*Ponatur vas in Balneo Mariæ ſervente, & lento calore diſſolvatur ſaccharum, coquaturque in ſyrupum, excipiendum tandem vaſculo oris anguſti, ritê obturandi ſaccharo pulverato.*

## *SYRVPVS ADIANTI, SEV CAPILLORVM veneris.*

℞ Capillorum veneris recentium ———— ℥ vj.
Aquæ fontis. ———————— Lib. iiij.

*Macerentur tepidè per horas duodecim in vaſe fictili, deinde levi ſervore bulliant, & colentur. Colaturæ adde.*

Sacchari albi optimi. ———————— Lib. iij.

*Ex arte fiat ſyrupus clarificatus.*

Commendatur ſyrupus adiantinus, ſeu Capillorum veneris in pleuritide, peripneumonia, & alijs thoracis affectibus ad extenuandos, & digerendos craſſos, & viſcidos humores, ut faciliùs educantur per ſputum. Valet non minus ad movendos menſes, expurgandumque uterum ab omni pravo humore. Utilis etiam ad obſtructiones hepatis, lienis, & aliarum partium tollendas. Adiantum enim, Doctore Gal. 6. ſimpl. facultatem habet deſiccandi, attenuandi, & digerendi. Neque obſtat doctrina Galeni 5. ſimpl. cap. 22. aſſerentis deſiccantia, & extenuantia excretionibus ex pectore, & pulmone inutilia eſſe, pariter, & menſtruis movendis. Nam intelligendus eſt Gal. de ijs, quæ vehementer exſiccant, craſſumque modum habent ſubſtantiæ; adiantum verò modicam ſiccitatem, moderatumque calorem cum tenuitate partium obtinet, atque adeo optimum ad prædictos effectus, præſtandos. Quantitas aſſumenda eſt ab ℥ j. ad ij. *Vires, & uſus.*

Fundación Uriach

## *SYRVPVS EX SVCCO BVGLOSSI.*

℞ Succi Bugloſsi depurati. ———————— Lib. iij.
Sacchari optimi. ———————— Lib. ij.

*Miſce, & ex arte fac Syrupum.*

## SYRVPVS EX SVCCO BORRAGINIS.

*Paratur eodem modo.*

*Vires, & vſus.* Vſus horum ſyruporum multiplex eſt. Commendantur enim in febrium curatione, ad contemperandum calorem, & ſiccitatem. Tum etiam ad ſuccum melancolicum, bilem atram, & pituitam ſalſam præparandum; atque ideo his utimur in melancholia, mania, cordis palpitatione, & aliis conſimilibus morbis; cor enim roborant, & hilaritatem inducunt. Qui quidem effectus adimplentur, quia plantæ, ex quarum ſucco conficiuntur moderatè calidæ, & humidæ ſunt, ex Gal. 6. ſimpl. Et hac ratione proſunt in febribus, ſaltem ex accidenti, propter eorum humiditatem, & maxime ſi cum aliis medicamentis frigidis exhibeantur. Doſis ab ℥ j. ad ij.

## SYRVPVS EX SVCCO LVPVLORVM.

℞ Succi depurati Lupulorum.———— Lib. vj.
Sacchari clarificati.———— Lib. iiij.

*Fas Syrupum ſecundum artem.*

*Vires, & vſus.* Valdè utilis eſt ad jecoris intemperiem calidam, & bilis fervorem retundendum. Sanguinem purum reddit: inſuper bilioſis febribus, & ſynochis confert. Bilioſos humores, pariter, & melancholicos aduſtos blandè antemperat; jecoris, & ventriculi æſtus mitigat. Lupulus enim temperatus eſt, vel potiùs frigidus principio ordinis primi; etſi enim tum flores, quàm radices eius temperaturæ ſint calidæ, & ſiccæ; recentes veró, ac verni lupullorum turiones (ex quibus debet extrahi ſuccus) mediam habent naturam ad humidam, & refrigerantem qualitatem vergentes, ex Bauhino tom. 2. Hiſt. Plant. lib. 15. cap. 27. Doſis erit eadem vt ſuprà.

Fundación Uriach

## SYRVPVS EX SVCCO FVMARIÆ.

℞ Succi Fumariæ depurati.———— } añ. Lib. iiij.
Sacchari clarificati.———— }

*Fiat Syrupus, ut artis eſt.*

Syrupi de fumaria, ſeu fumo terræ apud Meſuem duplex eſt deſcriptio, una maior, ſeu magis compoſita, altera minor paucioribus conſtans ingredientibus; neutra tamen apud nos eſt in uſu, ſolummodoque paratur ſimplex Syrupus ex ſucco fumariæ cum ſaccharo, vel quandoque cum melle. Circa quantitatem ſacchari apponendam variant Auctores. Joubertus ad libras tres ſucci addit ſacchari libras quinque. Noſtrates Pharmacopœi iuxta Concordiam Barcinonenſem, libris octo ſucci tantummodo libras quinque, & ſemiſſem adiungere ſoliti ſunt. Verùm cùm fumariæ amaritudo valdè ſit ingrata, dulcorandus eſt eius ſuccus maiori copia ſacchari, æquali nempè pondere. *Annotatio.*

Obſtructiones aufert, biliosos, & aduſtos humores per urinam educit, roboratque ventriculum, & hepar. Utilis admodum eſt in curatione melancholiæ, maniæ, & luis venereæ, prodeſt quoque in ſcabie, vitiligine, herpete, & alijs cutis affectibus, purumque ſanguinem tandem reddit. Doſis vt ſupra. *Vires, & vſus.*

## *SYRUPUS EX VIPERINA.*

℞ Radicum Viperinæ mundarum. — Lib. j.
Aquæ fontis. — Lib. viij.
*Coque ad ſex librarum conſumptionem, cola exprimendo, & adde*
Succi foliorum Viperinæ depurati. — Lib. iij.
Sacchari optimi. — Lib. iiij.
*Miſce, & fac Syrupum clarificatum ex arte.*

Præſtantiſſimus eſt Syrupus iſte in febribus quibuſcumque malignis, & peſtiferis, in variolis pariter, & morbillis. Adverſus Viperarum, cæterorumque animalium venenatos morſus, ac ictus efficax auxilium eſt. Cardiacum remedium eſt, ideoque animi deliquijs, & cordis palpitationibus prodeſt. Jecoris, & lienis obſtructiones tollit, menſtruaſque purgationes promovere valet. Doſis ſimiliter vt ſupra. *Vires, & vſus.*

Fundación Uriach

## *SYRUPUS ENDIVIÆ SIMPLEX.*

℞ Succi depurati Endiviæ hortenſis. — Lib. viij.
Sacchari clarificati. — Lib. v. ſ.
*Fac Syrupum ſecundum artis legem.*

*Vires, & uſus.* Uſus illius eſt ad corrigendas intemperies calidas hepatis, ſlienis, & aliarum internarum partium, quas etiam roborat. Eſt enim Endivia frigida, & ſicca in ſecundo receſſu, ut docet Gal. 8. ſimpl. dicitur que ſubfrigida, ſubamara, & moderatè adſtringens. Unde cùm amara ſit aliquas habet partes calidas, & tennes, qua ratione juvat quodammodo ad obſtructiones aperiendas. Neque metuenda eſt ſiccitas illius in febribus, cùm facilè liquore aliquo dilui, & extingui poſſit, vel ſi accipiantur endiviæ ex humidioribus locis. Doſis ſimilis cum ſupradictis.

## *SYRUPUS ENDIVIÆ COMPOSITUS Gentilis.*

℞ Endiviæ, ideſt ſcariolæ.
Borraginis.
Cichorij.
Hepaticæ.
Buglosſi.
Lactucæ.
Meliſſæ.
Eupatorij. — añ. M. j.
Quatuor ſeminum frig. maiorum. — añ. ℥ j.
Florum cordialium. — añ. ℥ iij.
Santali albi.
Santali rubri. — añ. ʒ j.
Aquæ fontis. — Lib. vj.

*Coquantur ſecundum artem ad medias, colatura adde.*

Succi Endiviæ depurati.
Succi Granatorum acetoſorum. — añ. ℥ iij.
Sacchari albi. — Lib. iiij.

*Fiat Syrupus ut artis eſt.*

*Vires, & uſus.* Communes, & principales eius Scopi ſunt aperire, attenuare, refrigerare, & roborare. Unde ſatis manifeſte patet perutilis illius uſus in quibuſcumque febribus putridis tam continuis, quàm intermittentibus, ſi opportune præſcribatur. Viſcerum ardorem temperat, eadem

ab

Fundación Uriach

ab obſtructionibus liberat, & robur ipſis addit. Humores craſſos, & aduſtos præparat, & per urinas propellit. Datur in eadem quantitate vt ſupra.

## *SYRVPVS CICHORII SIMPLEX.*

℞ Succi depurati radicum, & foliorum Cichorij. —————— Lib. viij.
Sacchari clarificati. —————— Lib. v. *ſs.*
*Fiat iuxta artem Syrupus.*

Valdè familiaris hepati eſt Syrupus iſte: nam præter quam quod intemperiem illius calidam emendat, obſtructiones tollit, atque robur ipſi viſceri addit. In principio hydropis, & in ictero utiliter præſcribitur. Febriles æſtus, caloremque reliquorum viſcerum corrigit. Abſtergit, deobſtruit, & roborat. Eſt enim Cichorium frigidæ, ſiccæque temperaturæ in primo receſſu ſubaniarum, & modicè adſtringens Gal. docente 8, ſimpl. Doſis etiam ab ℥ j. ad ij. *Vires, & vſus.*

## *SYRVPVS CICHORII CVM RHABARbaro Guillermi Placentini.*

℞ Foliorum Cichorij, —————— M. j.
Foliorum Borraginis. ——————
Lactucæ.
Scariolæ. } an̄. M. *ſs.*
Linguæ Bovis.
Acetoſæ.
Bactiſoſeræ, ideſt Cyani. ——————
Rhabarbari. —————— ʒ ij.
Aquæ fontis. —————— Lib. iij.
*Secundum artem omnia parata, in aqua decoquantur ſemſim (præter Rhabarbarum) ad tertiæ partis conſumptionem, reliquum cola diligentiſſimè. In parte verò colaturæ infunde duodecim horis Rhabarbarum, mox cola, colaturam vero hanc poſteriorem*

Fundación Uriach

*rem ſuperiori adiunge tempeſtivè, & adde.*

Sacchari albiſsimi. ———————— Lib. ij.

*Et fac ex arte Syrupum. Rhabarbarum tamen iam colatum, & maceratum, vt dictum eſt, denuo in ligatura, dum Syrupus fit, appendatur frequenter exprimendo digitis ligaturam, vt omnis Rhabarbari vis in Syrupum transfundatur.*

*Vires, & vſus.* Multiplicis facultatis eſt Syrupus iſte; refrigerat enim, aperit, roborat, & blandè purgat. Viſcerum æſtus contemperat, bilis acrimoniam demulcet, obſtructiones aufert, hepar roborat, ventriculum, & primam corporis regionem clementer expurgat, biliosos præcipuè educens humores. Doſis ab ℥ j. ad ij. vel iij.

## *SYRVPVS EX CORTICIBVS CITRI Meſues.*

℞ Corticum Citri recentium. ——— Lib. j.
Aquæ fontis. ———————— Lib. v.

*Coque ad conſumptionem duarum partium.*

Sacchari electi. ———————— Lib. j.

*Secundum artem fac Syrupum, qui condiatur cum*

Moſchi. ———————— gr. iiij.

*Vires, & vſus.* Valdè utilis eſt hic Syrupus ad intemperies frigidas cerebri, cordis, hepatis, uteri, & potiſsimum ventriculi, cuius coctionem adjuvat. Flatus diſpellit, atque prædictas partes roborat. Citri enim cortices calidæ ſunt, etſi moderatè ex Gal. 7. ſimpl. & præter id facultatem habent exſiccandi in ſecundo receſſu, optimumque ſpirant odorem, quo gratum in ore cauſant anhelitum, fœtidoſque ſtomachi vapores obtundunt. Doſis ab ℥ j. ad ij.

## *SYRUPUS EX ACIDO CITRI MESUES.*

℞ Succi acidi Citri recentiſsimi. ——— Lib. xij.

*In vaſe idoneo nempè terreo (in quo acidi ſucci coqui debent) ad opportunum ignem coque, uſque ad tertiā*

par-

Fundación Uriach

*partis conſumptionem, reliquum cola, & ſine reſidere donec clareſcat: deinde accipe*

Huius ſucci clari. ——————————— Lib. vij.
Sacchari electiſsimi clarificati. ————— Lib. v.

*Et ex arte fac Syrupum.*

Prodeſt admodum in febribus biliosis, & ardentibus, illorum æſtum potenter extinguit, ſitimque ſedat. Humorum putredini reſiſtit, & lumbricos enecat. In ebrietate prodeſt, atque vertigines in febribus tollit. Maximo cum commodo in febribus peſtilentibus, ac alijs malignis præſcribitur a Medicis. Doſis, ab ℥ ſs. ad ℥ j. ſs. *Vires, & uſus.*

## *SYRVPVS EX OMPHACIO, SIVE SVCCO Agreſta.*

*Fit Syrupus iſte eodem modo, quo ſupradictus ex acido citri, extracto ſucco ex uvis immaturis non acerbis, & auſteris, ſed quando humore plena citra dulcedinem acida ſunt.*

Uſus illius eſt ad refrigerandum, ſimulque adſtringendum, & roborandum. Cohibet vomitiones, & quoſcunque alvi fluxus. In febribus biliosis cum dyarrhea, vel dyſenteria coniunctis opportunè præſcriptus mirificè prodeſt. Sitim ſedat, ardores viſcerum temperat, humorum acrimoniam arcet, ſanguinis fluxiones detinet, putredini obſiſtit, atque in febribus peſtilentibus commendatur. Doſis æqualis cum ſuperiori. *Vires, & uſus.*

## *SYRVPVS EX SVCCO MYRTILLORVM.*

*Paratur etiam eodem modo, quo ſupradicti ex acido citri, & de ſucco agreſta.*

Vim habet roborandi ventriculum, & reliqua viſcera, cohibet omnem fluxum ſive ſanguinis, ſive alterius humoris, quantumvis antiquus ſit; atque ideo utiliter commendatur in omni ſanguinis ſputo, dyſenteria, & alijs ſimilibus affectibus. Quos quidem adimplet ſcopos, quia baccarum Myrti ſuccus frigidam, ſiccam, & adſtringentem facultatem obtinet, vt planè demonſtrat illius acerbitas, con- *Vires, & uſus.*

ſtat-

Fundación Uriach

ſtatque ex Gal.7. ſimpl.cap. penultimo, nam etiamſi Myrtum ex ſubſtantijs contrarijs conſtare affirmet, nempe ignea, & terrea; attamen frigidam, & terream ſubſtantiam vincentem, & exuperantem habere concludit, Doſis eadem præſcripta.

## SYRVPUS EX ACIDO LIMONVM.

℞ Succi acetoſitatis Limonum maturorum per filtrum diſtillati.- Lib. vj.
Sacchari optimi clarificati.- Lib. iiij.
*Miſce, & fac artificioſè Syrupum.*

*Vires, & vſus.* Huiuſmodi Syrupi facultates eædem ferè ſunt ac Syrupi ex acido Citri, ad eoſdemque commendatur affectus. Solum autem differre aliquantulum videntur in modo ſubſtantiæ, ſapore, & temperatura, nam ſuccus acetoſitatis limonum tenuior, acidior, & frigidior eſt ſucco ex acido citri. Eius doſis etiam eſt ab ℥ *ſs.* ad ℥ j. *ſs.*

## SYRVPVS EX SVCCO ACETOSÆ *Meſues.*

℞ Succi Acetoſę depurati.- Lib. iij.
Sacchari clarificati.- Lib. ij.
*Miſce, & fac ex arte Syrupum.*

*Vires, & vſus.* Hic Syrupus valde refrigerat, & putredini reſiſtit. In febribus biliofis, ardentibus, ac etiam malignis, & peſtilentibus ſaluberrimum remedium eſt. Viſcerum ardores contemperat, & ipſa corroborat. Doſis ſimilis ſupradictis.

## SYRVPVS BERBERIS.

℞ Succi Berberum depurati.- Lib. iij.
Sacchari albi.- Lib. ij. *ſs.*
*Fac Syrupum ſecundum artem.*

*Vires, & vſus.* Præſtantiſsimus eſt Syrupis iſte ad refrigerandum, & adſtringendum. Viſcerum ardores extinguit, prodeſt vomitibus biliofis, cardialgiæ, ſiti urgentiori, & ventris fluxionibus immoderatis, ut dyar-

Fundación Uriach

dyarrheæ, & dyſenteriæ, Berberorum enim fructus, ſeu baccæ temperamenti ſunt frigidi, & ſicci in ſecundo gradu, partes etiam quaſdam ſubtiles cum adſtringentibus commixtas habent. Doſis eadem.

## *SYRUPUS RIBES.*

*Simili paratur modo, ac ſupradictus, eiſdemque formæ viribus præditus eſt, & in eadem quantitate ſumitur.*

## *SYRUPUS CYDONIORUM ARNALDI.*

℞ Succi Cydoniorum per reſidentiam clarificati. ——— }
Sacchari albi optimi. ——— } añ. Lib. vj.

*Fac Syrupum ex arte.*

Eligenda ſunt cydonia, quæ auſtera, & ſimul acida ſunt, non tamen citra aliquam dulcedinem, & quę vera ſunt, nempè rotunda, parva, & odorata: etenim ſtruthia dicta, magna quidem ſunt, ſed minus utilia, ut docuit Dioſcor. lib. 1. cap. 131. unde melior, & valentior à Sylvio iudicatur Syrupus paratus ex ſucco cydoniorum parvorum, quæ maſcula vocantur, quàm ex ſucco per grandium, quæ fœminæ vulgo dicuntur. *Annotatio.*

Utiliſſimus eſt hic Syrupus in dyſenteria, lienteria, & quocumque alvi fluxu, & potiſſimum in hepaticis deiectionibus. Jecur, & ventriculum roborat, ac vomitum ſedat, eiuſdemque fere uſus eſt, ac Myrtillorum Syrupus, & in eadem quantitate ſumitur. *Vires, & uſus.*

## *SYRUPUS GRANATORUM MESUES.*

℞ Succi Granatorum acidorum depurati. ——— Lib. v.
Sacchari albiſsimi. ——— [illegible]

*Lenè coquantur in vaſe fictili, & ſecundum artem fiat Syrupus.*

Ex Granatorum ſucco duplex apud Maſuem deſcribitur Syrupus, unus ex Granatis dulcibus, alter vero ex acidis, qui tamen viribus *Annotatio.*



Fundación Uriach

longe ſunt diverſi. Qui verò ex dulcibus fit non eſt in uſu tanquam inutilis, & ſuperfluus, nam præterquam quod ad ſcopos adimplendos, ob quos inventus fuit, alij meliores parantur in officinis, non ſemper tuto, & citra noxam propinari poteſt; cum enim dulcia in corporibus plus iuſto calidis prompte igneſcant, facile poſſet præfatus Syrupus in febribus, & naturis biliosis inflammationes cauſare.

Differt autem Syrupus iſte granatorum acetoſorum ab Oxiſacc-charo ſimplici Arnaldi de Vilanova, in quo permiſcetur acetum. Unde perperam Pharmacopolæ pro Syrupo granatorum ſubſtituunt oxiſaccharum; hoc enim licet præſtantiſsimas habeat vires, multipliciſque utilitatis ſit, non tamen ſine præcautione eo utuntur Medici propter aceti temperaturam; eſt enim mixtæ ſubſtantiæ, nempe frigidæ, pariter, & calidæ, exuperante tamen frigida: porró tenuium eſt partium, & ſiccum in tertio ordine completo, vt Auctor eſt Galenus lib. 8. ſimpl. tit. de aceto. Idcirco nervoſas, membranoſaſve partes offendit, & præcipuè uterum in fœminis, ut experientia conſtat, & ex Hipp. lib. 5. aphor. tex. 30. ſub his verbis. *Mulieribus autem longe magis quam viris adverſatur acetum. nam uterum dolore afficit.* Tandem ſicut naturis picrocholis, hoc eſt, qui amaræ bilis ſucco abundant, utiliſsimũ eſt acetum, ita melancolicis adverſiſsimum iudicatur à Gal. 1. ſimpl. cap. 31.

*Vires, & uſus.* Syrupus ergo ſimplex ex ſucco granatorum acidorum commendatur in febribus bilioſis, & ardentibus, pariter in variolis, & morbillis. Vomitus bilioſos, & ventris fluxus reprimit, viſcera roborat, & nonnihil ab obſtructionibus liberat, putredinemque arcet, atque vermes enecat. Quibus ſcopis ſatisfacit quia ſuccus granatorum acidorum frigidus eſt, non citra aliquam adſtrictionem, & partium tenuitatem, ex Gal. 8. ſimpl. de malo punico. Doſis ut de immediate præcedentibus dictum eſt.

## *OXISACCHARUM SIMPLEX ARNALdi de Vilanova.*

℞ Succi Granatorum acidorum. ——— ℥ viij.
Aceti. ——— ℥ iiij.
Sacchari albi. ——— Lib. j.
*Miſce, & fac artificioſe Syrupum.*

Fundación Uriach

*Vires, & uſus.* Syrupus iſte refrigerat, attenuat, & ſimul roborat, ſed propter acetum potentiùs craſſos incidit humores, quam Syrupus granatorum ſupra deſcriptus. Ad eoſdem ferè commendatur affectus, cum præcautione tamen ibi animadverſa. Doſis ob ℥ ſs. ad ℥ j.

ST-

## SYRUPUS ACETOSUS SIMPLEX Meſues.

℞ Aceti ex albo vino electi. ——————— Lib. iij.
Sacchari clarificati ex libris quatuor
aquæ fontis puræ. ———————— Lib. v.
*Miſſe, & fac ſecundum artis regulas Syrupum.*

Vim habet refrigerandi, attenuandi, & incidendi humores craſſos, & lentos, ac viſcerum obſtructiones reſerandi. Commendatur in affectibus calidis, bilioſiſque, & ex materia æterogenea natis. Urinas movet, ſudores elicit; putredini malignæ reſiſtit; grumos ſanguinis attenuat. Doſis ſicut in ſuperiori. *Vires & uſus.*

## OXIMEL SIMPLEX MESUES.

℞ Aceti electi. ———————— Lib. j.
Mellis optimi. ———————— Lib. ij.
Aquæ. ———————————— Lib. iiij.
*Mel cum aqua coquatur, diligenter ſpumando donec nihil ſpuma ſupereſſe videatur, tandem adde Acetum, denuo etiam ſi quid ſpuma ſuperſit, deſpumando, & fac Syrupum.*

Inſignem habet vim craſſa tenuandi, lenta, & viſcida incidendi & detergendi, obſtructa reſerandi ſine manifeſto calore: atque ideo in febribus diuturnis, & morbis ex pituita ſubortis convenit. Humidis, & frigidis naturis, crudam, craſſam, & pituitoſam ſuccorum copiam coaſervantibus aptum eſt. Tuſſim, & ſputum, necnon etiam urinas promovet. Uterum verò, & nervoſas partes lædit. Interdum autem adverſus gangrenas permiſceri ſolet ad coercendam putredinem. De utilitatibus verò, & noxis quas inducere ſolet Oximel videatur Hipp. lib. 3. de rat. victus in morb. acut. & Gal. in comm. tit. de oximelite. Doſis ſimiliter ac in prædicto. *Vires & uſus.*

Fundación Uriach

## OXIMEL SCILLITICVM MESVES.

℞ Mellis deſpumati. ——————— Lib.iiij.
Aceti ſcillitici. ——————— Lib.ij.

*Coque hac ſimul deſpumando, donec fiat Syrupus.*

*Vires, & vſus.* Ad ſupradictos adimplendos ſcopos principatum obtinet oximel ſcilliticum ob validam incidendi vim, quam e ſcilla contrahit, quæ talem habet facultatem Magiſtro Gal. 8. ſimpl. cap. proprio. Unde in morbis contumacibus dependentibus à craſſis, viſcidiſque humoribus idoneum eſt auxilium, ut in apoplexia, epilepſia, aſthmate, peripneumonia, & pleuritide ubi cavitas pectoris, ſeu pulmo ita craſsis, tenacibuſque humoribus fuerit referta, ut ſuffocationis immineat periculum. Valet etiam in affectibus ventriculi, hepatis, & lienis à ſimilibus humoribus cauſatis. Exhibetur cũ idoneo liquore à ʒ iij. ad ℥. j.

*Annotatio.* Plurimæ Oximellitis compoſiti inveniuntur formulæ apud Meſuem, & alios Scriptores; oximel verò compoſitum ex radicibus fuit inter alia magis receptum, ſed admodum varia, & diverſa illius deſcriptio, & præſertim circa quantitatem aceti, mellis, & aquæ. Quia tamen in hac Provincia fere abſoletus eſt illius uſus, & ad conſequendos illius effectus tutiús uti poſſimus ſyrupo Endiviæ compoſito, de duabus, vel quinque radicibus, aut alijs, per ſe, vel commixtis cum iuſta portione oximellitis ſimplicis, ideo rectè poſſumus illo carere.

## SYRVPVS DE NICOTIANA AVGERII
### *ex Phar. Lugd.*

℞ Succi Nicotianæ maioris, ovorum albuminibus clarificati. ——— } añ. Lib. j.
Sacchari penidiati. ——————— }

*Coquantur in vaſe terreo vitreato, ad vaporem aquæ bullientis, in conſiſtentiam Syrupi.*

Fundación Uriach

*Vires, & vſus.* Inſignem, & efficacem vim obtinet attenuandi, & incidendi craſſos, ac lentos humores, præſtantiſſimumque exiſtit auxilium in aſthmate, præſertim ubi pulmonum bronchia craſſa, & viſcida pituita adeò infarciuntur, ut ſuffocationis periculum immineat. Frigidos, & ſeroſos humores á capite, & alijs partibus per inferiora etiam ducit. Doſis fit ab ℥ ß. ad ℥ j.

## SYRUPUS DE TUSSILAGINE.

℞ Succi foliorum Tuſsilaginis depurati. } aň. Lib. vj.
Sacchari clarificati.- ———— }

*Fac ex arte Syrupum.*

Confert in affectibus thoracis ad ſputum movendum, & expectorandum. Eſt enim tuſsilago, quæ græcis bechium dicitur, ab alijs farfara, planta modicè acris, ut ſine moleſtia, noxave omnes thoracis abceſſus credita ſit rumpere: folia eius viridia, & recentia modicè refrigerandi, & humectandi vim obtinent, torrida verò, & reſiccata calfaciendi, & exſiccandi, ut colligitur ex Gal. 6. ſimpl. cap. proprio. Quare Syrupus ex ſucco foliorum viridium, & recentium paratus modicè refrigerat, lenit, & humectat, unde catharris ſalſis, pleuritidi, peripneumoniæ, pthiſi, orthophneæ, & aſthmati ſalutaris eſt. Faucis, & trahiæ arteriæ aſperitates ad modum linctus, ſeu eclegmatis ſenſim aſſumptus corrigit; aliter verò exhibetur ab ℥ j. ad ℥ ij. cum idoneo liquore. *[Vires, & uſus.*

## SYRUPUS EX GLYCYRRHIZA MESUES.

℞ Glycyrrhizæ raſæ, & contuſæ.—— ℥ ij.
Capillorum Veneris.- ———— ℥ j.
Hyſſopi mediocriter ſicci. - ———— ℥ ſs.
Aquæ. ———— Lib. iiij.

*Macerentur viginti quatuor horis ſeorſim duplici vaſe, nempè Glycyrrhiza in libris tribus, & uncijs quatuor aquæ; Hyſſopus vero, & Capillus veneris in reliquis uncijs octo. Coquatur Liquiritia ad conſumptionem duarum circiter librarum aquæ: mox alterum infuſum tepidum immittatur, & leui feruore facto cola, & adde*

Mellis electi deſpumati.- ———— }
Penidiarum. } aň. ℥ viij.
Sacchari.- ———— }

*Coque ad iuſtam conſiſtentiam, in fine opportunè addendo.*

Aquæ

Fundación Uriach

Aquæ Roſarum.———————— ℥.vj.

*Vt ex arte paretur Syrupus.*

*Vires, & vſus.* Inter Syrupos pectorales non infimum locum habet iſte;thoracem enim,& pulmonem expurgat,diuturne,& ſicce tuſſi,ac pleuritidi prodeſt,utilis quoque ad ardorem,& acrimoniam urinæ.Liquiritia enim dulcis eſt noſtræ naturæ;familiaris, temperata in primis, & ſecundis qualitatibus docente Gal.6.ſimpl. Quod ſi hyſſopum calidum ſit in tertio gradu,ut habetur 8.ſimpl.corrigitur tamen illius caliditas ab aqua roſacea,in dyſuria, & ſimilibus affectibus calidis tutò exhiberi poteſt ab ℥ j. ad ij. cum liquore idoneo.

## SYRVPVS DE IVIVBIS MESVES.

℞ Iuiubarum pinguium ab oſsibus mundatarum.———— N. C.

Aquæ pluiæ.———————— Lib. iiij.

*Coquantur ad conſumptionem medietatis, colaturæ addc.*

Sacchari albiſsimi.———————— Lib. j.

*Ex arte fac Syrupum.*

*Vires, & vſus.* Confert in affectibus thoracis,& potiſsimum ad vocis raucedinem,tuſſim,& ad coquendum, movendum, & educendum per ſputum excrementa in pleuritide, & ſimilibus thoracis affectibus. Doſis ut in ſuperiori.

## SYRVPVS DE HYSSOPO MESVES.

℞ Hyſſopi mediocriter ſicci.
Radicum Apij.
Radicum Fœniculi. } añ. ℥ x.

Glycyrrhizæ.———————— ℥ ſs.

Hordei mundi.————————

Seminis Malvæ.
Seminis Cydoniorum.
Gummi Tragacanthi. } añ. ℥ iij.

Ca-

Capilli veneris.————————————ʒvj.

Iujubarum.———————————} añ. N. xxx.
Sebeſten.————————————}

Vvarum paſſarum enucleat.————————ʒ xij.

Ficuum ſiccarum pinguium.———————} añ. N. x.
Dactylorum pinguium.—————————}

Penidiarum albarum.———————————Lib. ij.

Aquę.—————————————————Lib. viij.

*Hordeum in primis per horam circiter dimidiam coquatur, dein radices inciſæ per quartam horæ partem elixandæ, poſtea fructus omnes, mox ſemina, & Tragacanthum nodulo incluſum: poſtremo Hyſſopus, & Capillus veneris. Colaturæ per decoctionem ad libras tres redactæ, & clarificatæ adde penidias, vel eorum loco ſaccharum optimum, & fac Syrupum.*

Syrupus iſte maximè commendatur ad affectus thoracis, potiſſimumque ubi nimis craſsi, viſcidi, & contumaces fuerint humores, qui per ſputum facile educi nequeunt, ut accidit in empyemate, peripneumonia, & ſepeſæpiùs in pleuritude; quando igitur leviora medicamenta non ſufficiunt prodeſt huius Syrupi uſus. Utilis quoque eſt ad obſtructiones tollendas, menſes ciendos, reneſque, & veſicam detergendum. Doſis erit ab ℥ j. ad ij. *Vires, & uſus.*

## *SYRVPVS DE PAPAVERE SIMPLEX Meſues.*

℞ Capitum Papaveris albi.————} añ. ʒ lx.
Capitum Papaveris nigri.————}

Aquæ pluviæ.—————————————Lib. iiij

*Utriuſque Papaveris capita recentia, & ad maturitatem vergentia, ubi ſcilicèt flaveſcere incipiunt collecta, in loco umbroſo aeri expoſito per duos, vel tres dies detineantur, poſtmodum contuſa ſimul cum ſeminibus coquantur ad remanentiam libræ unius, &*

Fundación Uriach

*& ſemiſsis, deinde cum expreſsio ≈ e cola, & colaturæ adde.*

| | | |
|---|---|---|
| Sacchari. | } | añ. ℥ viij. |
| Penidiarum. | } | |

*Et ex arte fac Syrupum.*

*Vires, & uſus.* Efficax eſt ad conciliandum ſomnum, tuſsim ſedandam, & mitigandum urinæ ardorem. Valet etiam ad cohibendas fluxiones humorum acrium in thoracem, qui aſperam arteriam, fauceſque exaſperant. Quod ideo preſtat quia Papaver inſigniter refrigerat, incraſſat, & ſtuporem inducit, docente Gal. 7. ſimpl. & adhuc magis nigrum, quàm album: adeo cum cautione, & moderata doſi præſcribendus eſt Syrupus iſte, nempe ab ℥ ſs. ad ℥ j. ſs. cum aliis liquoribus idoneis, & correctivis.

## *SYRVPVS PAPAVERIS RHEADOS, rubri, ſeu erratici.*

℞ Florum Papaveris rheados recentium. ℥ viij.
Aquæ fontanæ calidæ. Lib. ij. ſs.

*Infundantur in vaſe terreo per horas octo ſupra cineres calidos, poſtea cola, & exprime: iterumque tantundem florum immitte, & quater eodem modo repete. Colaturæ ultimæ adde.*

Sacchari optimi. Lib. ij.

*Et fiat Syrupus ſecundum artem.*

*Vires, & uſus.* Facultatem habet refrigerandi, adſtringendi, & roborandi. Valdè commendatur in affectibus calidis pectoris, acribus diſtillationibus, faucibuſque inflammationibus. Præſtantiſſimum auxilium eſt in pleuritide incipiente, ſed non mult[illegible] nova fluxio ſuboritur, vel ſaltem, ut prior ſiſtatur. Utilis etiam eſt in febribus ardentibus, quarum incendium, & ſitim p[illegible] alias corrigit. Tutò datur ab ℥ ſs. a[illegible] ℥ j. ſs. & [illegible] ℥ ij.

Fundación Uriach

ST-

## SYRVPVS NENVPHARIS, SEV *Nymphea.*

*Paratur eodem modo, ut immediatè præſcriptus, ſed dupla ſolum facta florum nenupharis infuſione.*

Inſigniter refrigerat, ſomnum conciliat, viſcerum æſtus mitigat. Veneris inſomnia cohibet, ſemen immodicè fluens reſtringit, ſitim temperat, & febrium ardores compeſcit. Doſis ab ℥ j. ad ij. *Vires, & uſus.*

## SYRVPVS DE DVABUS RADICIBVS.

℞ Radicum Apij. } añ. ℥. iiij.
Radicum Fœniculi. }
Aquæ fontanæ. — Lib. vj.
*Coque ad medias, poſtea exprimendo cola, & colaturæ adde.*
Sacchari clarificati. — Lib. ij.
*Fac ex arte Syrupum.*

Craſſos, & glutinoſos humores attenuat, & abſtergit, obſtructiones viſcerum tollit, menſes, & urinas movet, & arenulas expellit. Ictero prodeſt, atque in febribus tertianis nothis, & alijs longis opportuno tempore exhibitus non mediocritèr iuvat ab ℥ j. ad ij. *Vires & uſus.*

## SYRVPUS DE QVINQVE RADICIBVS.

℞ Radicum Apij. }
Fœniculi. }
Petroſelini. } añ. ℥ ij.
Ruſci. }
Aſparagi. }
Aquæ fontanæ. — Lib. vij.
*Cóque ad mediæ partis conſumptionem, colaturæ adde.*



Fundación Uriach

Sacchari. ——————————— Lib. ij.ſs.

*Fac artificioſè Syrupum.*

*Vires, & vſus.* Eoſdem ſcopos complet Syrupus iſte, ad quos valet de duabus radicibus, ſed cum maiori efficacia. Doſis eadem.

## *SYRVPVS DINARII, SIVE DE BIZANTHIS ſimplex ſine aceto Meſues.*

℞ Succi Endiviæ, id eſt Scariolæ. —} añ. Lib. ij.
Succi Apij. ———————}

Succi Lupuli. ———————} añ. Lib. j
Succi Borraginis, vel Bugloſsi. ——}

*Coque ſuccos deſpumando uſque ad libras quatuor, quibus colatis adde*

Sacchari electi. ——————— Lib. ij. ſs.

*Et fac ex artis præceptis Syrupum. Qui cum aceto parari poterit additis aceti libris duabus, eo tamen raro utuntur Medici.*

*Annotatio.* Dicitur hic Syrupus, *dinarij*, ab Arabibus, id eſt diureticus, ſive ureteres purgans. Appellatur etiam Bizantinus à Bizantio, ſive Conſtantinopoli, ubi valde uſitatus fuit, vel primo inventus, aut forſan quod Meſues à Medico quodam Bizantino illius habuerit deſcriptionem.

*Vires, & vſus.* Vim habet inſignem aperiendi, incidendi, & attenuandi, atque ideo confert in obſtructionibus hepatis, lienis, & meſenterij. Menſes, & urinas movet, & in ictero utiliter commendatur, pariter etiam in malencholia hipocondriaca, & febribus diuturnis, ut tertiana notha, & quartana. Qui quidem effectus conſequuntur propter ſimplicium ingredientium ſingulares vires, potiſſimum ſucci apij; hoc enim Doctore Gal. 8. ſimpl. calidum eſt in tertio ordine, & ad movendas urinas, & menſes præſtantiſſimum remedium eſt. Doſis eadem.

Fundación Uriach

## *SYRVPVS REGIS SABOR EX POMIS*

℞ Succi Borraginis. ———} añ. Lib. ij.
Succi Bugloſsi. ————}

Suc-

Succi Pomorum dulcium redolentium. —— Lib. iij.
Folliculorum ſenæ. —————————— ℥ iiij.
Croci. ————————————— ʒ ij.
*Senæ folicula contuſa in ſuccis macerentur viginti quatuor horis, levi deinde fervore coquantur, interim in fine decoctionis addendo Crocum in ligatura poſitum, quod ſæpè infricetur, vel exprimatur, poſtea colentur, addendo colaturæ*
Sacchari albiſsimi. ————————— Lib. iij.
*Et ex arte paretur Syrupus.*

Hic Syrupus cognomen ſumpſit à Sabore, vel Sapore Medorum Rege, ad cuius tuendam ſanitatem fuit inſtitutus. Vim habet eximiam ad attenuandum, & temperandum craſſos, melancolicos, & aduſtos humores, eoſque expurgandum. Flatus diſcutit, & ventrem blandè movet, ſanguinemque puriorem reddit. Cordis robur auget, vitales ſpiritus recreat, mentemque exhilarat. In affectibus itaque melancolicis, ut in mania, & melancolia confert. Doſis ut in anteriori. *Vires, & uſus.*

## *SYRUPUS DE SUCCO MELISSÆ EX Pharmac. Aug.*

℞ Succi Meliſſophylli, ideſt Meliſſæ depurati. ————————— Lib. ij.
Sacchari albi. ————————— Lib. j. ß.
*Ex arte fiat Syrupus.*

Vires inſiges habet ad curandos frigidos, & humidos affectus ventriculi, cerebri, cordis, & uteri, ac flatus diſcutiendos. Utilis eſt in palpitatione cordis, & lypothimia, in apoplexia, [illegible], & paralyſi. Memoriam confortat, ingenium acuit, aſthmati, & orthophnϾ ſuccurrit, ſanguinem melancolicum purificat, [illegible] rorem depellens. Inteſtinorum [illegible], uteri [illegible], & [illegible]rum dolores ſedat, denique tardos, & ſuppreſſos menſes provocat. Meliſſa enim, citrago, ſive apiaſtrum, græcis vero Meliſſophyllum dicta, vim obtinet calfaciendi, exſiccandi, & attenuandi, ſimilem, & æqualem facultati Marrubij, docente Gal. 7. ſimpl. Hoc verò calidum eſt in ſecundo gradu, & ſiccum in tertio, ex lib. 8. ſimpl. Doſis illius ut in anteriori. *Vires, & uſus.*

Fundación Uriach

## SYRUPUS DE ARTEMISIA SIMPLEX ex Antid. Mediol.

℞ Succi Artemiſiæ depurati. — Lib. iij.
Sacchari albi. — Lib. ij.
*Fiat Syrupus ſecundum artem.*

*Vires, & uſus.* Facultatem habet calefaciendi, attenuandi, & incidendi craſſos, & viſcidos humores. Menſes provocat, flatus diſſipat, & ad renum calculos mediocriter utilis eſt, ut ex Gal. colligitur 6. ſimpl. ubi Artemiſiam conſtituit calidam in ſecundo gradu, ſiccam verò in primo cum partium tenuitate. Doſis eadem cum ſupradicto.

## SYRUPUS ARTEMISIÆ COMPOSITUS Renodei.

℞ Radicis Ononidis. — } añ. ℥ vj.
Rubeæ tinctorum. }
Graminis. }
Ruſci. — }
Seminum Dauci. — } añ. ʒ j.
Nigellæ Romanæ. — }
Artemiſiæ. — M. ij.
Sabinæ. — } añ. M. ſs.
Maioranę }
Nepetæ. }
Hyſſopi. — }
Aquæ. — Lib. v.
*Coque ex arte ad conſumptionem medietatis, colaturæ clarificatæ adde.*
Sacchari. — Lib. j. ſs.
Mellis optimi deſpumati. — Lib. ſs.
*Et ſecundum artem paretur Syrupus.*

Sy-

Fundación Uriach

Syrupus de Artemiſia iuxta antiquam deſcriptionem Nicolai Florentini, & Matthæi de Gradibus, propter ſimplicium farraginem perperam ingeſtorum, quam continet, fuit à Fernelio caſtigatus, reviſus autem, & examinatus adhuc magis à Renodeo in Antid. lib. 1. ſec. 2. cap. 8. Qui ſupervacanea, & parum congrua ſubtraxit, utilia verò, & ſufficientia ad conſequendos ſcopos pro quibus fuit inventus, reliquit. Qui quidem ſimplicior, paratu facilior, & cum minori quæſtu, nec inefficacior eſt, ut cuilibet præſcrutanti facultates ſimplicium medicamentorum ingredientium facile patebit. *Annotatio.*

Suppreſſos, aut parum fluentes menſes potenter movet, dolores, & ſtrangulatus uteri ſedat, flatus diſcutit, uterum à pravis humoribus repurgat, & roborat. Cæteraſque facultates, maioris tamen efficaciæ, cum ſuperiori ſimplici communes habet. Doſis etiam eadem ſit. *Vires, & uſus.*

## SYRUPUS DE ABSINTHIO MESUES.

℞ Abſinthij Romani mediocriter ſicci. -- Lib. ſs.
Foliorum Roſarum rubrarum. - — — - ℥ ij.
Spicæ Nardi. — — — — — ʒ iij.
Vini fulvi veteris optimi, & odorati. — } añ. Lib. ij. ſs.
Succi Cydoniorum. — — — }

*Macerentur artificiosè viginti quatuor horis, inſtar formulæ Syrupi de Glycyrrhiza, poſtea moderatè coque, cola deinde, & colaturæ adde*

Mellis electi. - — — — — Lib. ij.

*Fiat Syrupus ſecundum artem. Qui etiam, relicto melle, paretur ex duabus libris ſacchari, & gratior erit.*

Mirabilem habet vim ad roborandum ventriculum, iuvandum illius coctionem, & deiectam appetentiam excitandam. Flatus diſcutit, cachexiæ præſertim à cauſa frigida ſuccurrit, hydropicis prodeſt, humores per urinas expellit, atque lumbricos extinguit. Doſis ut in anterioribus. *Vires, & uſus.*

Fundación Uriach

SY-

## *SIRVPVS EX MENTHA MESVES.*

℞ Succi Cydoniorum muzorum, ideſt acidodulcium.
Cydoniorum dulcium.
Granatorum acetoſorum. } añ. Lib. j. ſs.
Granatorum dulcium.
Granatorum muzorum.

*Macerentur in his ſuccis commiſtis viginti quatuor horis in vaſe opportuno*

Menthæ moderatè ſiccæ. ℥ vj.
Foliorum Roſarum rubrarum ſiccarum. ℥ j.

*Poſt coque ſenſim uſque ad dimidij conſumptionem, reliquum cola, & colaturæ adde*

Sacchari. Lib. ij.

*Et fac Syrupum, quem ex arte arometiza*

Galliæ moſchatæ. ℥ ſs.

*Paratur etiam ex duabus libris mellis ſine ſaccharo, & abſque aromatizatione Galliæ.*

*Vires, & vſus.* Illius uſus maximus eſt in affectibus ventriculi, ubi præſertim frigida intemperie, & cum afluxu humoris laborat. In nauſea, vomitu, cardialgia, & ſingultu utiliter commendatur. Alvi fluxum ex conco-ctricis, & retentricis facultatis imbecillitate ſubortum compeſcit, ſtomacum, & totum inferiorem ventrem blando ſuo calore, levi, que adſtrictione confortat. Pro enecadis vermibus optimum quoque remedium eſt, Doſis ut in antedictis.

## *SIRVPVS DE STHECADE FERNELII.*

℞ Florum ſthecadis. ℥ iij.
Thimi.
Calaminthæ. } añ. ℥ j. ſs.
Origani.

Sal-

Fundación Uriach

Salviæ. ——————————— }
Betonicæ. } añ. ℥ſs.
Florum Anthos. ——————— }
Seminum Rutæ. ——————— }
Peoniæ. } añ. ʒ iiij.
Fœniculi. ——————————— }
Aquæ. ——————————————— Lib. x.

*Coquantur ſ. a. ad dimidias, colaturæ adde*

Sacchari. ——————————— }
Mellis deſpumati. ———————— } añ. Lib. ij.

*Fiat Syrupus aromatizatus*

Cinnamomi. ——————————— }
Zingiberis. } añ. ʒ ij.
Calami aromatici. ———————— }

*Hæc tria contuſa, & raro linteo alligata in Syrupum opportunè, hoc eſt, ferè in fine coctionis, apponantur.*

In compoſitione huius Syrupi utrumque piper, & pyretrum Meſues apponit, quæ quod calidiora ſunt, doctiſſimus Fernelius delevit; adiecit vero ſimplicia quædam cephalica, ſalviam nempe, betonicam, peoniam, & roſem marinū, quæ ad conſequendos effectus ab ipſo Meſue propoſitos aptiora, & efficaciora ſunt. Quapropter tanti Autoris deſcriptionem, ut meliorem inſequi nobis viſum eſt. *Annotatio.*

Vim habet inſignem attenuandi frigidos, & craſſos humores, incidendique tenacem, & lentam pituitam. Obſtructiones á viſcidis humoribus obortas reſerat, crudoſque ſuccos concoquit. In omnibus cerebri frigidis affectibus, ut apoplexia, epilepſia, paralyſi, & alijs præſtans auxilium eſt. Ventriculum, hepar, & cerebrum obfirmat, ſub eadem doſi, ut in ſupradictis. *Vires, & uſus.*

## *SYRUPUS DE BETONICA SIMPLEX.*

Fundación Uriach

℞ Succi Betonicæ depurati —————— [illegible]
Sacchari clarificati. —————————— Lib. j. ſs.

*Fiat Syrupus ut eſt artis.*

Valet ad curándos morbos capitis à cauſa frigida ſubortos. Pulmones, pectus, iecur, & renes abſtergit, menſes promovet, atque *Vires, & uſus.*

ar-

arthritide ad incidendos, & attenuandos craſſos, & viſcidos humores proficuum remedium eſt, ut colligitur ex facultatibus Beto nicæ, quas tradit Gal. 7. ſimpl. cap. proprio. Doſis antedictis ſimilis.

## *SYRUPUS DE BETONICA COMPOSITUS ex Offic. Valentina.*

℞ Betonicæ ——— M. j.
Camedreos
Salviæ montanæ
Pulegij montani
Maioranæ ——— añ. M. j.
Rutæ montanæ mediocriter ſiccæ ——— M. ß.
Seminis Aniſi
Seminis Petroſelini ——— añ. ℥ j. ß.
Aquæ ——— Lib. v.
*Soque ad conſumptionem duarum librarum, colatura adde*
Sacchari ——— Lib. iij.
*Et ſecundum artem paretur Syrupus.*

*Vires, & uſus.* Eaſdem obtinet vires, ut Syrupus ſimplex de Betonica, ſed efficaciores, parique doſi exhibetur.

## *SYRUPUS EUPATORII SIMPLEX.*

℞ Succi Eupatorij, hoc eſt Agerati Dioſcor. depurati ——— Lib. iiij
Sacchari albi ——— Lib. iij.
*Fiat ſecundum artem Syrupus.*

Fundación Uriach

*Annotatio.* Meſues in Antidotario alium ex Eupatorio Syrupum compoſitum tradit, raró á noſtratibus Medicis uſitatum [illegible] ò exiſtimant plures abolendam eſſe illius confecturam propter obſcurum ſenſum Autoris in quibuſdam ſimplicibus ingredientibus, & diſcrepantes Interpretum opiniones. Aliqui firmiter tenent pro Eupatorio accipiendam eſſe agrimonium, alij ageratum Dioſcoridis. Variant non minus in explorandis arabicis illis vocibus, nempe *Badiguir*, & *Sucha*.

*chabâ*, quidam enim pro his ſubſtituunt Spinam album, & ægiptiam: nonnulli Chamaleon album, & nigrum, vel etiam Carlinam, alij verò Carduum benedictum, & Eringium. Loco Folij ſubſtituunt quidam Spicam nardi, alij Styracem. Diſcordant quoque in quantitate ſuccorum Apij, & Endiviæ à Meſue non deſignata. Quare propter errores qui facile committi poſſunt in compoſitione illius, & maxime quidem quod nullius neceſsitatis eſſe videtur, extantibus aliunde plurimis alijs Syrupis aptioribus, quos una cum deſcripto ſimplici ſubſtituere poterit peritus Medicus ad propoſitos effectus conſequendos, ideò illum omittere decrevimus.

Vim præſtantiſsimam habet ſupradictus Syrupus excalfaciendi, ſiccandi (eſt enim Eupatorium calidum, & ſiccum in ſecundo gradu) aperiendi attenuandi, & abſtergendi. Obſtructiones hypocondriorum, hepatis potiſsimum, & lienis tollit. In hydrope, cachexia, & ictero auxilium eſt. Coctionem ventriculi iuvat, vitioſos ſuccos per urinas educit, atque in chronicis febribus idoneum remedium eſt. Doſis ut ſuprà. *Vires, & uſus.*

## *SYRUPUS CHALYBIS THOMÆ DE Laude Phyſici Mediolanenſis.*

℞ Chalybis præparati cum ſulphure, & loti cum Aceto albo ———— ℥j.ſs.
Succi Limonum maturorum recenter extracti, & depurati ———————— ℥x.

*Macerentur duobus integris diebus in vaſe terreo vitriato ſuper cineres calidos, interim ſæpè agitando, & permiſcendo, deinde cola, & ſerva. Postea accipe*

Sacchari albiſsimi ———————— Lib. ij.
Aquæ Agrimoniæ, vel Cichorij ———— Lib. j.

*Coque, & clarifica, addendo ſenſim prædictam infuſionem, & ex arte fac Syrupum.*

Virtutem habet valdè efficacem ad reſerandum quaſcunque venarum obſtructiones, & viſcerum infarctus à craſſis, ac tenacibus humoribus, præſertim melancholicis, & aduſtis dependentes. In affectionibus hypocondriacis mirificè prodeſt, menſes detentos provocat, & urinas ducit. Doſis ab ℥j. ad ℥j.ſs. *Vires, & uſus.*

Fundación Uriach

## SYRVPVS ALIVS EX CHALYBE RIVERII.

℞ Limaturæ Chalybis in aceto macera-
tæ ——————————— ℥ ij.
Corticis med. Tamariſci ——————— ℥ ſs.
Ceterach ——————————— M. ſs.
Cinnamomi ——————————— ʒ iij.
Vini albi ——————————— Lib. j.
*Infundantur per dies ſex in loco tepido, colaturæ adde*
Sacchari ——————————— Lib. j. ſs.
*Et ex arte fiat Syrupus.*

*Vires, & vſus.* Ad incidendum, tenuandum, & aperiendum obſtructiones non diſsimiles à ſupradicto facultates obtinet, ſed accomodatior eſt in affectibus à cauſa frigida ſubortis, Doſis ab ℥ j. ad ij. vel iij.

## SYRVPUS EX MVCILLAGINIBVS MATthæi de Gradi emendatus.

℞ Foliorum Malvarum ——————— M. iij.
Granorum Alchechengi ——————— N. xxx.
Seminum Papaveris albi ——————— ℥ ſs.
Aquæ Fontanæ ——————————— Lib. iij.
*Coque ad conſumptionem dimidiæ partis, & cola. Deinde accipe*
Seminis Malvæ ———
Altheæ } aã. ʒ iij.
Cydoniorum ———
*Infundantur hæc in uncijs quatuor prædicti decocti tepidi per ſufficiens tempus ut fiat mucillago. Recipe deinde*

Gum-

Fundación Uriach

Gummi Tragacanthi ——————— ℨ. j.

*Inſundatur ſimiliter in alijs uncijs tribus eiuſdem decocti, & fiat etiam mucillago. Poſtea accipe*

Sacchari albi optimi ——————— ℥ vj.

*Et cum reliquo decocto fiat ex arte Syrupus, permiſcendo in fine prædictas omnes mucillagines exactè percolatas.*

Hic Syrupus poſtulante Medico recenter parandus eſt, non autem reponendus, vel ad menſes ſervandus. Poteſt ſimiliter præcipiente Medico addi mucillego Pſyllij, vel alia quæcumque eodẽ artificio, & ex eodem decocto parata. *Annotatio.*

Illius principaliſs uſus eſt ad mitigandum urinæ ardorem, ut in dyſuria, ſtranguria, & gonorrhea venerea; corrigit enim urinæ, & aliorum humorum acrimoniam, & dolorem demulcet. Datur ab ℥ j. ad ij. cum liquore idoneo, *Vires, & uſus.*

## *SYRUPUS EX SUCCO CUCURBITÆ Meſues.*

℞ Succi Cucurbitæ ——————— Lib. v.
Sacchari electi ——————— Lib. iij.

*Cucurbita, vel Cucurbitæ longæ, albæ, & mediocriter maturæ pulte triticea involutæ in furno moderatè coquantur, à quibus adhuc calentibus, detracta panis maſſa, diligenter extrahatur ſuccus, depuretur, & cum ſaccharo clarificato fiat ex arte Syrupus.*

Syrupus Cucurbitæ, etſi ferè neglectus hac noſtra ætate, & Provincia, præſtantiſsimus tamen eſt. Febrium acutarum [illegible] æſtum, & ſitim extinguit, renum, & aliorum viſcerum inflammationes compeſcit, ardorem urinæ in dyſuria, & gonorrhæa ſedat, atque pleuritidi prodeſt. Doſis ut in anteriori. *Vires, & uſus.*

Fundación Uriach

## *DIACODION SIMPLEX GALENI.*

℞ Capita Papaveris nigri mediocris magnitudinis, nec nimis viridia,

nec nimium matura ——————— N.x.

Aquæ pluviæ, aut fontanæ puræ ——— Lib.j.ſs.

*Macerentur viginti quatuor horis, poſtea coquantur donec capita contabuerint, deinde cum expreſsione cola, & adde*

Mellis electi, & deſpumati. ——————— ℥ iij.

*Coque ad iuſtam conſiſtentiam.*

*Paratur etiam cum Sapa. Item cum æquali portione Mellis, & Sapæ; nonnumquam verò cum ſolo Saccharo.*

*Annotatio.* Exiſtimarunt plurimi recipienda eſſe in hac compoſitione capita Papaveris albi, ut ſic deſcribitur in Pharmacopœa Auguſtana, Antidotario Romano, & alijs. At ſi mentem Galeni expendamus, nigra eligenda fore conſtat ex lib.7. de comp. Pharmac. ſec. loc. cap. 2. ibi enim Autor in electione papaveris non diſſentit à veteribus, præcipuè Critone, qui in hac paranda confectione aggreſti, ſive ſylveſtri utebatur, quod pro nigro accipiendum eſt: licet enim omnes paparerum ſpecies ſerantur, verùm illud dumtaxat hortenſe vocavit Dioſcorides, quod albo conſtat ſemine, quoniam hoc frequentiùs viridarijs, & hortis prope ædes ſeritur. Cætera verò ſylveſtria nominavit, non quòd ſponte, & per ſe naſcantur ſemper, ſed quòd aſperiora, hirſutiorave proveniant, tum caude, tum capitibus, tum etiam folijs, quòd præſertim nigrum, aſperumque proferant ſemen, ut ita ſentit Mathiolus, & confirmat teſtimonio Plinij lib.19.cap.8.

*Vires, & uſus.* Frequens eiuſmodi medicamenti uſus eſt in diſtillationibus tenuibus, acribus, & ſalſis è capite ad aſperam arteriam, & pectus irruentibus. Somnum conciliat, tuſſim ſedat. Exhiberi ſolet hora ſomni poſt cœnam ſolum, vel cùm alio idoneo liquore ab ℥ ſs. ad ℥ j.ſs.

## *MIVA CYDONIORVM SIMPLEX*

*Meſue.*

℞ Succi Cydoniorum ——————— Lib.xx.

*Elige Cydonia, ut ſuprà notatum eſt in Syrupo Cydoniorum, coque ſuccum per ſe, frequentiſsimè deſpumando uſque ad duarum librarum conſumptionem, poſtea reſidere ſine tribus horis, poſtmodum claram*

*ram ſolum partem ſume, ſubſidentia abjecta, claræ parti admiſce*

Vini flavi veteris optimi, & odoriferi —— Lib. xij.
Sacchari clarificati —————— Lib. vj.

*Et recoque ad idoneum ignem uſque ad Syrupi abſoluti conſiſtentiam.*

Efficax remedium eſt adverſus alvi profluvia, ventriculum, & cætera viſcera corroborat, ac vomitum prohibet. Datur prima menſa in alvi fluxibus; ad ſiſtendam verò vomitionem, ultima, id eſt poſt aſſumptum cibum, & potum ab ℥ ſs. ad ℥ j. ſs. *Vires, & uſus.*

## *MIVA CYDONIORVM AROMATICA Meſues.*

℞ Succi Cydoniorum —————— Lib. xx.
Vini veteris albi electi —————— Lib. x.

*Ad lentum ignem ſemper deſpumando ad tertiæ partis conſumptionem coque, cola, & reſidere ſinito, claro adde*

Mellis electiſsimi, & deſpumati; vel ſi libuerit, Sacchari optimi —————— Lib. vj.

*Rurſus coque deſpumando, additis in ligatura ſequentibus*

Cinnamomi ——————
Heil, ideſt Cardamomi —————— } añ. ʒ iij.
Caryophyllorum ——————
Croci —————— } añ. ʒ ij.
Zingiberis ——————
Maſtiches
Ligni Aloës
Macis —————— } [illegible]

*Ligaturam manibus frica, & tandiu inibi manere ſine donec iuſtè craſſeſcat decoctum, poſtremò ſublato vaſe ab igne, & percolato Syrupo, adde citra ligaturam*

Moſ-

Fundación Uriach

Moſchi — — — — — — — — — ℈j.
Galliæ moſchatæ Meſues — — — — — — ℥ij.

*Vires, & vſus* Valet iſte Syrupus ad eoſdem effectus, ad quos præſcribitur ſuperior, ſed efficacior, & præſtantior eſt ad roborandum ventriculum frigidum, & humidum. Concoctricis illius facultatis robur plurimum adauget, atque ideo in lyenteria optimum remedium eſt. Doſis ut in ſuperiori,

## *DIAMORON MESVES.*

℞ Succi Mororum dulcium ex Moro arbore — — — — — — }
Succi Mororum Rubi- — — — — — } añ. Lib. j. ſs.
Sapæ — — — — — — — — — }
Mellis deſpumati — — — — — } añ. Lib. j.
*Coque lento igne, & ex arte fac Sirupum iuſta craſſitudinis, ſeu conſiſtentiæ.*

*Vires, & vſus* Uſus frequens huius Syrupi eſt in gutturis, & faucium inflammationibus, præſertim in principio. Habet enim vim repellendi, & abſtergendi. Ad ſerpentia oris ulcera, gulæ, columellæ, & tonſillarum utilis eſt; In principio verò anginæ efficax eſt. Solet lambendo ſumi, permiſceturque cum gargariſmatis, & ſi intus cum idoneo liquore exhibeatur, ſit eius doſis ut in anteriori.

## *DIANUCUM MESVES.*

℞ Succi ex virentibus corticibus exterioribus Nucum vigente Caniculari extracti — Lib. iiij.
*Leviter coque, mox cola, colaturæ adde*
Mellis deſpumati — — — — — Lib. ij.
*Et recoque ad debitam conſiſtentiam.*

*Vires, & vſus* Eaſdem vires habet, ac Diamoron, ſed maiorem vim repellendi obtinet.

ROB,

Fundación Uriach

## ROB, SEV SAPA.

℞ Vini recenter ex uvis albis genero-
ſis, & maturis expreſsi ——— Lib. xij.

*Coque igne luculento donec libræ tantum quatuor ſuperſint, vel ut conſiſtentiam Mellis acquirant. Repone in vaſe idoneo, & ſerva.*

Eſt Rob, inquit Meſues, ſuccus depuratus, ad ſpiſſitudinem caliditate ignis, vel ſolis redactus, ex qua coctione neceſſariò quædam ſequitur dulcedo. Simpliciter dictum Rob pro Sapa accipitur, quæ conſiſtentiam habet mellis mediocris ſubſtantiæ, vel ipſo melle paulò liquidiorem. Et licet varijs modis parari ſoleat, à Pharmacopæis autem ſupradicta forma fieri debet. *Annotatio.*

Vim habet Sapa roborandi, & repellendi humores fluentes, atque etiam fluxam materiam digerendi, & abſtergendi: commendatur ideò in affectibus oris. Ea utuntur Chirurgi frequenter in cataplaſmatis: ingreditur etiam compoſitionem aliquorum medicamentorum, ut patet in Diacodione ſ. Gal. & Diamorone Meſues. *Vires, & uſus.*

## ROB RIBES.

℞ Succi Ribes ——— Lib. x.

*Coque ad ignem lentum ad tertia partis conſumptionem, reliquum cola, & ſubſidere permitte, donec clareſcat: clarum opportunè, vel ad ignem, vel ad ſolem, ad eam craſsitudinem artificioſè reducito, qua poſsit ſervari.*

Facultatem habet refrigerandi, & adſtringendi. Sitim ſedat, ventriculi, & aliorum viſcerum ardorem extinguit, alvi fluxum immoderatum, & vomitum cohibet. *Vires, & uſus.*

Fundación Uriach

*Rob de ſucco Berberis, Agraſta, & ex quocumque ſucco herbarum, vel fructuum, ſupradicto exemplo, varia genera Rob ſimiliter parari poterunt.*

## *MULSÆ SIVE AQUÆ MELLIS facienda modus ex Meſue.*

℞ Mellis optimi, mundi, recentis, pellucidi, iucundi odoris, ſaporis dulcis cum moderata acrimonia ——— *partem unam.*
Aquæ fontis dulcis, & claræ ——— *partes octo.*
*Coque deſpumando diligentiſsimè plus, minuſve pro Medici præcepto.*

*Annotatio.* Hydromel, Melicratum, Mulſa, & Aqua Mellis revera idem ſunt. Frequens illius uſus fuit apud Antiquos, variuſque præparandi modus, iuxta diverſas indicationes, & varios ſcopos. Quandoque enim utebantur mulſa meraciſsima ex multa mellis quantitate, & pauca portione aquæ. Aliquoties erat in uſu Mulſa aquoſa, & diluta ex multa aqua, & pauco melle. Inter has differentias parabatur Mulſa mediocris ex octo partibus aquæ, & una mellis, quemadmodum ita à nobis deſcripta eſt iuxta Paulum Æginetam, & Meſuem. Cæterum vario, multiplicique modo, iuxta intentum Medici parari poterit.

*Vires, & uſus.* Valet Mulſa ad ſitim ſedandam. In affectibus frigidis præſertim cerebri, nervorum, & articulorum utiliter commendatur. In empyemate, & alijs pectoris, & pulmonis affectibus, ad puris, & pituitæ craſſæ, & lentæ expectorationem promovendam valde confert. Ventriculum, inteſtina, & meatus urinarios lavat, & expurgat, atque ulcera abſtergit.

## *ACETUM SCILLITICUM SIC PARAtur à Meſue.*

*Scillæ laminas inter corticem, & cor medias, acu ligneâ filo conſutas tanto [illegible] ſe contingant, ſiccabis in umbra dies quadraginta, ex quibus ſiccatis cultello ligneo libram unam minutim conſcindes, quã alijs quadraginta diebus in aceti boni libris octo in vaſe vitreato oris adſtricti, & benè obturato macerabis, & inſolabis, tandem colabis, & uſui repones.*

Vim

Fundación Uriach

Vim efficacem habet Acetum ſcilliticum ad attenuandos craſſos humores, & incidendos lentos. Fœtidum oris odorem ab excrementis putridis in gingivis retentis, vel ab iſtarum putrefacta carne ſubortum emendat. Commendatur à Meſue in affectibus frigidis, & contumacibus, ut in epilepſia, vertigine, & plurimis alijs morbis. Verum intús aſſumptum minimè tutum eſt, atque ita maxima cum cautione adhibendum. *Vires, & vſus.*

## *ACETVM ROSARVM VSVALE.*

℞ Aceti fulvi electi, cuique nihil ſit aquæ admiſtum———————— Lib. vj.
Roſarum verarum ſemicompletarum abſque unguibus ad umbram exſiccatarum——Lib. ſs.
*Miſce, & inſolentur, donec odorem, & colorem in Aceto Roſæ depoſuerint.*

Facultatem obtinet refrigerandi, exſiccandi, roborandi, & repellendi; nec non etiam penetrandi, propter partium tenuitatem, ob quam cauſam aliquorum medicamentorum compoſitionem ingreditur, ut in oxirrhodinis, ut virtus illorum partes interiores penetret. *Vires, & vſus.*

# DE ECLEGMATIS, SEV LOHOCH.

ALiud Medicamentum ſervatur in Officinis ſyrupo craſſius, quod Arabibus Lohoch, Græcis Eclegma, ſive Aloſa, Latinis verò Linctus appellatur, quia ſenſim, & lambendo ſumitur. Conſiſtentiam habet mellis mediocris ſubſtantiæ cum magno lentore, mediam ſcilicet inter ſyrupum, & electuarium molle. Quare illius materia debet eſſe lenta, glutinoſa, ſeu mucillaginoſa: debet preterea eſſe grata, & dulcis; amara enim, & valde acria vix, niſi parva quantitate veniunt in Eclegmatum confectionem, quia preterquamquod inſuavia ſunt, fauces, tracheam arteriam, & pulmones exaſperant, & offendunt; acidula verò interdũ præſcribuntur ad attenuandos craſſos humores, *Quid Lohoch.*



Fundación Uriach

Nunc verò apud omnes Eclegmata ex ſolis bechicis,& dulcibus medicamentis ferè componuntur, ut ex ſucco liquiritiæ, pineis nucleis, ſaccharo cando, aut roſato, penidijs, diatragachanto,& eiuſmodi ſimilibus.

Vſus. Vſus univerſales Lohoch ſunt ad leniendum, incidendum, præparandum, detergendum,& expectorandum humores, qui in thorace, pulmone, & aſpera arteria continentur, tum etiam ad aſperitates faucium leniendas, necnon ad oris, gurgulionis, & laringis ardorem, ſeu inflammationem corrigendam: quandoque etiam ad incraſſandum tenues humores, atque ſanguinem ſiſtendum.

Solent ſumi Eclegmata ex bacillo glycyrrhiſæ parum contuſo, vel ex cocleari,& in ore detineri donec liqueſcant,& ſenſim dum per œſophagum delabuntur, aliquid ad ſubiectam tracheam arteriam, indeque ad pulmones ſe inſinuet. Cæterum quia multorum Eclegmatum genera, quæ olim in Officinis ſervari ſolebant, iam ferè hodiè exolevit uſus, propterea pauca quædam ſelectiora, paratu faciliora, & ad affectus particulares magis idonea adducemus.

## *LOHOCH SANVM, ET EXPERTVM Meſues.*

℞ Cinnomomi
Hyſſopi ſicci } añ. ℥. ſs.
Glycyrrhizæ
Iujubarum
Sebeſten } añ. N. xxx.
Vvarum paſſarum enucleatarum
Ficuum ſiccarum } añ. ℥ ij.
Dactylorum pinguium
Fœnigræci ʒ v.
Capilli veneris M j.
Aniſi
Fœniculi
Iridis
Seminis Lini
Calaminthæ } añ. ʒ iiij.

*Coquantur ſecundum artem in Aqua Ciſternæ electa, vel fontana libris quatuor ad conſumptionem*

dua-

Fundación Uriach

*duarum librarum, reliquas duas libras cola exprimendo, huic colaturæ adde*

Penidiarum ——————————— Lib. ij.

*Coque ex arte uſque ad opportunam craſsitudinem, ſequentia idoneè parata, nempè minutiſsimè inciſa, & contuſa, in tempore addendo*

Nucuum Pinearum mundarum ——————— ʒ v.

Amigdalarum dulcium mundarum ——
Glycyrrhizæ
Tragacanthi
Gumi Arabici
Amyli ——————————— } añ. ʒ iij.

Iridis ——————————————— ʒ ij.

*Quæ omnia ſimul, donec albedinem miſtura contraxerit, agitentur.*

Uſus illius eſt ad incidendum, extenuandum, concoquendum, & expurgandum humores frigidos, craſſos, & viſcidos pectoris. Tuſsi, & raucedini à frigiditate oris auxilium optimum eſt: ſed morbis calidioribus, & tuſsi à cauſa calida natæ ſuſpectum eſt. Huius lohoch, & cæterorum, quæ lambendo ſumuntur, doſis erit ad libitum. *Vires, & uſus.*

## *LOHOCH SIVE ALOSA COMMVNIS pectoralis.*

℞ Sacchari albiſsimi ——————— ℥ v.
Aquæ Roſarum ——————— ℥ iiij.
Amyli recentiſsimi ——————— ℥ j.
Olei Amigdalarum dulcium recentiſsimi ——————— ℥ ſs.

*Miſce, & coque in diplomate ad iuſtam conſiſtentiam.*

Fundación Uriach

Utilis eſt Linctus iſte ad leniendum pectus, & aſperitates faucium, & tracheæ arteriæ provenientes ab acribus, & tenuibus humoribus, quos attemperat, & nonnihil incraſſat, ut faciliùs per ſputum edu- *Vires, & uſus.*

educantur. Itaque in catharris, ſeu diſtillationibus ſalſis, & acribus, & moleſta tuſſi maximo cum commodo præſcribitur.

## *LOHOCH CAVLIVM MESVES.*

℞ Succi Caulium — Lib. v.
Sapæ — } añ. Lib. ſs.
Mellis deſpumati — }

*Caulium ſuccum coque ſenſim ad ignem abſque fumo uſque ad trium librarum conſumptionem, ſemper ſpumam detrahendo, reliquis duabus libris colatis Sapam, & Mel adde, & ad opportunam craſsitudinem coque.*

*Vires, & vſus.* Commendatur Lohoch iſtud ad raucedinem, & vocis ablationem: pectus ab humoribus vitioſis repurgat, & reſpirationis anguſtias levat. Utile valdè eſt in aſthmate, & antiqua tuſsi.

## *LOHOCH DE PULMONE VULPIS Meſues.*

℞ Pulmonis Vulpis ſiccati — }
Succi Glycyrrhizæ }
Seminis Aniſi } añ. ℥. j.
Seminis Fœniculi }
Capilli veneris — }
Sacchari clarificati — ℥xv.

*Omnia idoneè parata ſaccharo excipiantur, & fiat lohoch.*

## *MODVS EXSICCANDI PVLMONEM Vulpis.*

*Ex vulpe recēter capta, quo citius fieri poſsit, & quaſi ſemiviva exiſtente Pulmonem evelles, à quo aſperam arteriam curioſè ſeparabis, deinde tepido*



Fundación Uriach

*vino albo tenui, & odorato ablues, quouſque ſordes, omnemque cruorem depoſuerit, ita lotum, in vaſe fictili tranſverſo paxillo appendes, ita ut vaſis nullam attingat partem, ad ſubtepidum furnum, vel aeri expoſitum ad umbram exſiccabis, exſiccatum, folijſque Abſintij obductum, uſui repones.*

Lohoch de pulmone Vulpis ex Meſue cap. de pthyſi deſumptum, magnopere commendatur in tabidis, & ulceratos pulmones habentibus, tum propter ſpecificam proprietatem pulmonis Vulpis, tum etiam ob medicamenta alia bechica, ſeu pectoralia quibus conſtat. *Vires, & uſus.*

## *LOHOCH DE SCILLA MESVES.*

℞ Succi Scillæ.——— } an. Lib. j.
Mellis electi deſpumati.——— }

*Elige ſcillas plenas, ac nitidas, & coque, ut in Paſtillis ſcilliticis invenies, ex quibus adhuc calentibus, torculari exprimatur ſuccus, qui melli admiſtus igne leni artificioſe coquendus eſt uſque ad idoneam craſſitudinem.*

Valde efficax eſt ad attenuandos, & incidendos craſſos, & lentos humores in cavitate thoracis contentos. Tuſſi veteri, aſthmaticis, & quibuſque difficulter reſpirantibus ſuccurrit. *Vires, & uſus.*

## *LOHOCH LENTIVM AVICENNÆ.*

℞ Lentium rubearum——— P ij.

*Coque modice in ſ. q. Aquæ fontis, & rejecta Aqua huius prima decoctionis, iterum recipe.*

Aquæ fontis——— Lib. j.

*Recoque lentes ad conſumptionem quartæ partis Aquæ, addendo deinde*

Seminum Papaveris albi——— ℥ ij.

*Poſt aliquot fervores adde*

Paſ-

Fundación Uriach

Paſſularum enucleatarum————————P. j.
*Coquantur donec veniat decoctum ab libram unam, poſtea addendo*
Roſarum rubrarum————————℥ ij.
*Et unico fervore facto cola, & in colatura permiſce*
Sacchari Candi————————℥ vj.
*Tandem coquantur, baculo ſemper agitando, ad conſiſtentiam Eclegmatis.*

*Vires, & uſus.* Vim habet leniendi, roborandi, & abſtergendi pectus, & pulmonem. Maximum adfert commodum in variolis, & morbilis quādo fluxio irruens in pulmonem, & aſperam arteriam, raucedinem, & ſuffucationem inducit; ab his enim malis liberat hoc medicamentum partes ipſas, laxando vias, roborando, detergendo, & excretionem iuvando.

# DE CONDITIS, SIVE CONSERVIS.

*Quid conditū.* VON accipitur hîc Conditum generaliter pro quacunque re, quæ conficitur, ut diu ſervari poſsit citra corruptionem, quemadmodum plura ſale, vel aceto condita dicuntur: neque pro iis omnibus, quæ vel a Coquis, vel Aromatariis, ut ſapida, & iucundiora palato reddantur, ſive in forma molli, vel dura ſæpe conficiuntur: ſed tantummodo per condita intelligimus medicamenta, quæ vulgariter in Officinis Conſervæ non impropriè appellantur, quia non modò ſuo ea forma parantur, ut guſtui grata ſint, [illegible] que ut medicamentorum vires ad longum tempus conſervari queant.

*Conſiſtentia.* Habet conſerva conſiſtentiam mollem, quæ digitis prementibus cedit, illiſque nonnihil lentoris relinquit; [illegible] autem non eſt, ſed conſiſtens, mellis inſtar incraſſata. Paratur ex Saccharo, vel Melle, vel utroque ſimul, ut gulæ, & ſthomaco reddatur grata, & diu ſervari poſſit integra.

*Differētia.* Condiuntur autem, inquit Meſues, plantarum nunc radices, nunc ſurculi, & ſimiliter nunc flores, nunc denique fructus. Frequen-

tiſ-

Fundación Uriach

tiſſimè autem parantur Conſervæ ex floribus, quia cum horum virtus facile ſit diſſipabilis, vix diu retinetur integra, ſed multùm coctione, vel tempore imminuitur, & ſæpe reſolvitur; ideoque condiuntur ut diutiùs ſine magno virium diſpendio conſerventur. Sæpe etiam ex plantarum folijs conficiuntur, dempta nervoſa, & lignoſa ſubſtantia, vel ex radicibus tenellis; raro autem ex fructibus, qui quidem integri condiri ſolent.

Quantitas Sacchari, aut Mellis apponenda in Conſervis, exquiſitè deſcribi nequit; ea verò debet eſſe, quę ſufficiat ad conſervandum medicamenta in prædicta forma confecta; ſatis tamen iudicatur triplum, vel duplex pondus. Communiter, & ut plurimùm in Officinis parantur Conſervæ ex dupla ſacchari, vel mellis portione. Quia verò flores omnes non habent ſubſtantiam æquè compactam, nec eandem temperiem, non omnes ſemper modo ſimili condiuntur, nec eandem ſacchari, aut mellis quantitatem in ſui conditura expoſtulant. Humidiores, ut flores Violarum, Nempharis, Borraginis, &c. maiorem quantitatem ſacchari, vel mellis ad ſui confectionem deſiderant; minorem verò quæ ſicciores exiſtunt, quales ſunt flores Salviæ, Roris marini, Majoranæ, &c. *Sacchari, vel Mellis quãtitas*

Circa verò artificioſum modum condiendi hæc medicamenta animadvertere oportet, Conſervas ex melle parandas ſemper ad ignem confici debere; extra verò illum, quæ ex ſaccharo componuntur, niſi forſan medicamentum ex quo fit conſerva durum ſit; tunc enim in minimas partes ciſſum coquendum eſt ℞ ex ſ. q. aquæ, quæ duritiem eius mollire valeat, poſtea terendum, & per ſetaceum traijciendum, ut tandem cum melle deſpumato, aut ſaccharo coquatur ad iuſtam conſiſtentiam Conſervæ. *Modus preparandi.*

Flores autem priùs ad umbram intra lineum pannum, per quatuor, vel quinque horas, vel ſi humidiores ſint, uno, vel altero die, in loco nec humido, nec valde calido reponantur, ut parum tabeſcant, & ſuperflua illorum humiditas reſolvatur. Si extra ignem parantur, contundantur, ſimulque cum ſaccharo terantur, & exactè permiſceantur, & in vaſe idoneo repoſita per quindecim dies ſoli exponantur, vel ſaltem igni per levem fervorem applicentur, ut humiditas excrementitia abſumatur, ne facile putreſcant. Quando verò Conſervæ parantur ex plantarum folijs, quæ promptè exſiccantur, ut ſunt folia Meliſſæ, Capillorum veneris, & ſimilia, ſemper recentia quoad eorum fieri poſſit accipienda ſunt. Quod ſi recentia quandoque non inveniantur, ſed ſicca, humectari debent idoneo liquore, ut Capillus veneris cum Syrupo eiuſdem plantæ, & ſimiliter de alijs ſentiendum erit. *Nota.*

Fundación Uriach

CON-

## CONSERVA ROSARUM RUBRARUM.

℞ Foliorum Roſarum rubrarum ſemicompletarum, ad umbram moderatè exſiccatarum, à quibus reiecti ſint ungues, ideſt infimę, & albidiores folij Roſę partes --- Lib. j.

*Terantur piſtillo ligneo in mortario lapideo donec levigentur, & adde*

Sacchari optimi ——————— Lib. ij. vel iij.

*Tere denuò ut exactè permiſceantur, & fiat maſſa mollis, quæ reponatur in vaſe fictili vitreato diligenter ex pergamena membrana occluſo, nec omnino adimpleto. Tandem quindecim diebus continuis ſoli exponatur ſæpè idoneo inſtrumento agitando, & permiſcendo ipſam Conſervam.*

*Vires, & uſus.* Saccharum roſatum nominatur à Meſue hæc Conſerva, quæ vim obtinet refrigerandi, abſtergendi, & roborandi. Cum potu aquæ frigidæ in declinatione febrilium acceſsionum utilis eſt. Si antiqua fuerit, valet ad ſiſtendum fluxiones, ut in ſputo ſanguinis, dyarrhea, muliebri profluvio, & ſimilibus affectibus: pthiſicis etiam idoneum auxilium eſt. Doſis ab ℥ ſs. ad ℥ ij.

## CONSERVA ROSARUM ALEXANDRINARUM ex Saccharo.

*Paratur hæc Conſerva ſimili modo, ac ſupradicta.*

*Vires, & uſus.* Frequens illius uſus eſt ad leniendum, & exonerandum ventrem; illius etenim excrementa expurgat, & humores primæ corporis regionis clementer educit. Datur ab ℥ j. ad ij. cum aqua communi, vel altero idoneo liquore.

Fundación Uriach

CON-

## *CONSERVA VIOLARUM.*

*Eodem modo conficienda eſt hæc conſerva ... ſarum rubrarum conſerva. Cæterum violas, quia humidiores diutiùs ſiccare, & cum Sacchɑro longiùs inſolare quam Roſas oportet. Ut autem efficacior ſit eius virtus, optimè à plurimis paratur cum dupla tantummodo quantitate Sacchari, nec erit ingrata.*

Facultatem habet refrigerandi, & humectandi. Viſcerum, & humorum incendium mitigat, & extinguit, ſitim temperat, alvum lubricando ſubducit. Commendatur in affectibus renum, veſicæ, & thoracis. Paratur ex hac Conſerua Syrupus violarum, ut ſupradictum eſt. *Vires, & vſus.*

*Conſervæ Capillorum veneris, Meliſſæ Acetoſæ Cichorij, Malvarum, & ſimiles aliæ ex Sacchɑro conficiendæ, eodem modo parari debent, quo ſupradictæ.*

## *CONSERVA ROSARUM EX MELLE parata.*

℞ Roſarum rubrarum modo ſupradicto præparatarum ——— Lib. ij.
Mellis optimi deſpumati ——— Lib. vj.

*Coque ad lentum ignem opportunè, benequè miſcendo.*

Hæc Conſerva appellatur à Meſue Mel roſatum. Quodammodo eoſdem adimplet ſcopos, ad quos paratur Conſerva Roſarum rubrarum ex ſaccharo confecta: ſed ratione Mellis magis exſiccat, abſtergit, & minus refrigerat, ac roborat.

## *CONSERVA ROSARUM ALEXANDRINARUM ex Melle confecta.*

*Paratur eodem modo.*

Eandem vim, ſeu potiùs efficaciorem habet, quam obtinet ſuperiùs dicta de Roſis alexandrinis cum ſaccharo præparata. Datur ab ℥ j. ad ij. *Vires, & vſus.*



Fundación Uriach

# DE PVLVERIBVS.

*Quid Pulvis* SUB forma Pulveris comprehenduntur omnia Medicamenta arida, levigata, & in minutiſsimas partes redacta, de quibus hoc in loco agere viſum eſt, quia plurima Medicamenta maiori ex parte ex pulveribus conficiuntur, ut Electuaria tam ſicca, quã mollia, Trochiſci, Emplaſtra, & pleraque alia medicamenta, tum quæ interiùs aſſumuntur, tum quæ exteriùs applicantur, vel per ſe vel commixta cum alijs iuxta varios Medici ſcopos.

*Differentia* Sunt verò Pulveres alij ſimplices ex unico medicamento parati, vel ita dicti comparative ad alios magis compoſitos: alij autem ex pluribus aggregati. Sunt rurſus alij cardiaci, ſeu roborantes, alij lenientes, quidam purgantes, & alij qui varios præſtant uſus. Debent autem fieri ex ſelectiſsimis medicamentis, plus minuſve tritis, pro medicamenti natura, & rei exigentia, ſecundum artem, & triturationis regulas.

*Nota.* Quicumque autem lapides, mineralia, & cætera foſsilia comminui debent ſupra Porphyritem, ſeu Porphyrum lapidem, qui duriſsimus, & denſiſsimus cum ſit, non eraditur eius ſubſtantia in trituratione, quemadmodum contingit in alijs lapidibus, vel vaſis metallicis, quorum plurimæ particulæ ſolent cum pulveribus, non citra noxam permiſceri.

*Aurũ, & Argentũ.* Statuendum autem eſt, in Pulveribus, & quibuſcumque confectionibus cordialibus Auri, vel Argenti limaturam excipientibus, ſubſtituenda eſſe illorum folia, ſeu bractheas, ita ut pro unoquoque grano limaturæ Auri duo folia accipiantur, unum verò pro uno Argenti grano: e. gr. pro Auri ℨ j. folia cxx. Argenti verò lx. imponantur.

Reponantur pulveres iam præparati, & commiſti in pixidibus, aut vaſis vitreis, vel fictilibus bene obturatis, præſertim ſi aromatici ſunt, ne virtus eorum expiret.

*PVLVIS DE GEMMIS SIVE SPECIEBVS Meſues.*

℞ Margaritarum albarum, ——— ℨ iij.
Coralli rubri, ——— ℈ ij.



Fundación Uriach

Saphirorum,<br>
Hyacinthorum,<br>
Granatorum,<br>
Sardij,<br>
Smaragdi,<br>
Foliorum Auri,<br>
Foliorum Argenti } añ. ʒ j. ſs.

*Miſce, & fac pulverum artificiosè.*

Dicitur Pulvis eſte ſine ſpeciebus, ad differentiam alterius à Meſue deſcripti ex plurimis alijs ſpeciebus, ſeu medicamentis simplicibus compoſiti, qui non eſt in uſu, plurimumque præferendus eſt præſens ſine ſpeciebus. *Annotatio.*

Eius vires præſtantiſsimæ ſunt ad roborandum cor, & cętera viſcera: triſtitiam, & timorem aufert, animi alacritatem excitat, malignam humorum putredinem arcet. Commendatur in febribus malignis, & peſtilentibus, in variolis, & morbillis, in ſudoribus immodicis, animi deliquio, & ſincope. Doſis eſt à ʒ ſs. ad ʒ j. *Vires, & uſus*

## *DIAMBRA MESVES.*

℞ Cinnamomi,<br>
Doronici, & eius loco Tormentillę, vel Zedoariæ, aut Meliſſæ,<br>
Caryophillorum,<br>
Macis,<br>
Nucis Moſchatæ,<br>
Folij,<br>
Galangæ } añ. ʒ iij.

Spicæ Nardi,<br>
Cardamomi maioris,<br>
Cardamomi minoris } añ. ʒ j.

Zingiberis, añ. ʒ j. ſs.

Santali Citrini,<br>
Ligni Aloës,<br>
Piperis longi, añ. } ʒ ij.



Fundación Uriach

Ambræ, ———————————— ℥ j.
Moſchi, ———————————— ℥ ſs.

*Ex omnibus ſecundum artem tritis, & miſtis fiat pulvis.*

Notare oportet, nos vero, & legitimo Arabum Doron[illegible]
*Annotatio de Doronico* re, quod quidem docente Avicenna excalfacit, & ſiccat ordine tertio,
ſuaque vi valenter flatus diſcutit. Diſputatur autem apud Autores an
Doronicum vulgare venenatum ſit, atque ideo à compoſitionibus
medicamentorum reijciendum tanquam noxium, & lethiferum. Plu-
rimi credunt cum Mathiolo eſſe Aconitum pardalianche, & canes in-
terficere. Hoc aliqui negant, admittendumque fore ſtatuunt. Verum
in hac re ita dubia, & periculoſa, conſentaneum magis, & tutum vide-
tur, Doronicum à compoſitionibus prorſus reijcere, & pro illo aliud
idoneum ſubſtituere. Aliqui par pondus Zedoariæ, vel Galangæ acci-
piunt, nonnulli Tormentillam, aut Biſtortam, vel Meliſſam, alij ve-
rò Rutam, aut Ariſtolochiam ponunt, & tandem qui Caryophillorum
dimidium, vel duas tertias ſubſtituunt, quæ omnia, & ſingula optima,
& ſalubria ſunt, eorumque quodlibet Doronico ſuccedere poteſt.
Efficaciſsimus eſt Pulvis iſte in roborandis viſceribus omnibus,
*Vires, & uſus* vbi præſertim à cauſa frigida imbecilla fuerint, Nativum calorem fo-
vet, & ſpiritus reficit, morbis venenatis ſuccurrit, in affectibus vteri
præſtans auxilium eſt, mulieribus, & ſenibus mirifice prodeſt, Doſis à
℈ ſs. ad ℈ j. ſs.

## *DIAMARGARITON FRIGIDUM ſecundum uſum.*

℞ Santali rubri, ——— } añ. ℥ iiij. & ℈ ij.
Santali citrini, ——— }
Roſarum rubrarum non completa-
rum, ———————— |
Florum violarum, |
Nimpheæ |
Semiuum Acetoſæ recentium, | añ. ℥ ij.
Melonis mundorum recentium |
Trochiſcorum Diarrhodon ex Meſ. |
Cornu Cervi, ———————— |

Spo-

Fundación Uriach

Spodij ex Ebore,
Spicæ Indicæ,
Croci,
Margaritarum non perforatarum,
Margaritarum perforatarum, } aň. ℨ j.
Saphirorum,
Hycinthorum,
Seminis Scariolæ,
Serici Crudi,
Coralli rubri ——
Ligni Aloës —— } aň. ℈ ij. ſs.
Raſuræ Eboris lotæ ——
Camphoræ —— gr. vj.
Pannorum Auri —— N. x.

*Ex artis legibus fiat omnium pulvis.*

Ad vitium robur reſarciendum valde utilis eſt pulvis iſte; cor enim, hepar, ac reliqua viſcera roborat, & refrigerat. In febribus ardentibus, & malignis ſæpè in uſu eſt, tum, & in animi deliquijs: Aſthmaticos, & tuſsientes iuvat, longo morbo extenuatos, & languidos reficit. Doſis ut in anteriori. *Vires, & uſus*

## DIACAMARON NICOLAI MYREPSI.

℞ Antophillorum, ideſt Caryophyllorum maſculorum, ſeu grandium } aň. ℨ v. ℈ j. & gr. xvj.
Zingiberis ——
Cinnamomi ——
Caryophillorum } aň. ℨ iiij. ℈ j.
Carnis Dactylorum ——
Galangæ, ——
Spicæ Nardi,
Zedoariæ,
Coſti,
Pyretri,



Fundación Uriach

Coralli rubri,
Rhapontici, vel Rhabarbari,
Saliuncæ, ideſt Spicæ celticæ,
Tragacanthi,
Anacardi præparati,
Oſsium Dactylorum,
Carpobalſami, ſeu Cubebarum,
Anisi,
Baccarum Iuniperi ——— } añ. ʒ j. ℈ ij & gr. viij.

Margaritarum perforatarum ———
Margaritarum integrarum ——— } añ. ʒ j.

Moſchi ——— gr. iij.
Blattæ Bizantiæ ——— ℈ ij.

Piperis albi ———
Piperis nigri,
Piperis longi ——— } añ. ʒ j. ℈ gr. viij.

Auri puri ———
Argenti defœcatiſsimi ———
Oſsis de corde Cervi, vel cornu cervi-
ni optimi ——— } añ. ℈ ij. & ſs.

Ramentorum Eboris ———
Ambræ ——— } añ. ℈ j. & gr. vij.

*Fiat ex arte pulvis.*

Plurimum valet Pulvis iſte in affectibus frigidis, ad roborandas principes partes, cerebrum ſcilicet, cor, & hepar, tum etiam ventriculum, renes, & ureteres. Difficulter reſpirantibus, & cordis palpitatione laborantibus auxiliatur. Eius uſus foris [illegible] matis, præſertim in regione cordis. Si intus aſſumatur datur à ʒ ſs. ad ʒ j. *Vires, & uſus.*

Fundación Uriach

*DIARHODON ABBATIS EX NICOLAO Salernitano.*

℞ Santali albi ———
Santali rubri ——— } añ. ʒ ij. ſs.

Gum-

Gummi Tragachanti, }
Gummi Arabici, } añ. ℈ij.
Spodij,

Aſari,
Maſtiches,
Spicæ Indicæ,
Cardamomi,
Succi Glycyrrhicæ,
Croci,
Ligni Aloës,
Caryophyllorum,
Galliæ moſchatæ Nicolai, } añ. ℈j.
Aniſi,
Fœniculi,
Cinnammomi,
Rhabarbari,
Seminum Ocimi,
Berberis,
Seariolæ,
Portulacæ,
Cucurbitæ,
Citrulli,
Cucumeris,
Melonis,
Papaveris albi.

Margaritarum } añ. ℈ſs.
Oſsis de corde Cervi, vel cornu Cervi opt. }
Sacchari candi [illegible] j. &
Roſarum ʒ iij.
Camphoræ [illegible]
Moſchi gr. iij. & ſs.

*Ex arte fac pulverem.*

Mi-

Fundación Uriach

*Vires, & uſus* Miram habet facultatem roborandi cum moderata temperie, vel exiguo frigiditatis exceſſu. Hepaticis, & Ictericis prodeſt, defectionibus item animi ſuccurrit. Datur ſalubriter convaleſcentibus, qui à morbis diuturnis, ac febribus emergunt. Ventriculum, & hepar roborat, coctionem juvat, appetitum excitat, flatus diſcutit, halitum oris ſuavem reddit, & obſtructionum reliquias abſumit. Doſis à ℨſs. ad ij.

## *AROMATICUM ROSATUM ex Meſue.*

℞ Roſarum rubrarum ——— ℨ xv.
Glycyrrhizæ raſæ ——— ℨ vij.
Ligni Aloës ——— } añ. ℨ iij.
Santali citrini ——— }
Cinnamomi electi ——— ℨ v.
Macis ——— } añ. ℨ ij. ſs.
Caryophyllorum ——— }
Gummi Arabici ——— } añ. ℨ ij. &
Gummi Tragacanthi ——— } ℈ ij.
Nucis moſchatæ, ——— }
Cardamomi, } añ. ℨ j.
Galangæ ——— }
Spicæ ——— ℨ ij.
Moſchi ——— ℈ j.
Ambræ ——— ℈ ij.
*Fac ex arte pulverum.*

Uſus eius frequens eſt in intemperie frigida, & humida ventriculi; quem roborat, eius coctionem iuvat, & appetitum excitat: flatus potenter diſsipat. In palpitatione cordis, & affectibus frigidis, & humidis uteri utile remedium eſt, Doſis ut in …

Fundación Uriach

## *DIATRION SANTALORUM NICOLAI.*

℞ Santali albi, ——— }
Rubai, } añ. ℨ iij.
Citrini, }

Ro-

Roſarum,
Sacchari- ——————————
Rhabarbari, ——————————
Spodij, } añ. ʒ ij. & gr. xv.
Succi Glycyrrhizæ,
Seminis Portulacæ- ——————————
Gummi Arabici, ——————————
Gummi Tragacanthi, Amyli
Seminum Melonis,
Cucumeris, } añ. ʒj. ſs.
Cucurbitæ,
Citrulli,
Scariolæ,- ——————————
Camphoræ ———————————— ʒ ſs.
*Ex arte fiat pulvis.*

Hepatis, & reliquorum viſcerum ardorem attemperat, atque illorum ſubſtantiam firmat. In febrium declinationibus ad reſiduum calorem febrilem extinguendum, & viſcerum tonum conſervandum valdè conducit, & in alijs morbis calidis. Doſis ut in præcedenti. *Vires, & uſus*

### *ROSATA NOVELLA NICOLAI.*

℞ Roſarum, ——————
Sacchari Candi, } añ. ℥j. ʒj. ℈ij. ſs.
Glycyrrhizę ——————
Cinnamomi ——————— ʒij. ℈ ij. & gr. ij.
Caryophyllorum, ——————
Zedoariæ,
Spicæ Nardi,
Zingiberis, } añ. ℈j. & gr. viij.
Galangæ,
Nucis moſchatę,



Fundación Uriach

Cardamomi,
Styracis calamithæ,
Seminis Apij
*Fiat omnium pulvis ex arte.*

*Vires, & uſus* Vires non ignobiles obtinet pulvis iſte ad corrigendam intemperiem ventriculi frigidam, & totius ventris inferioris, & ad diſcutiendos flatus. Ventriculi coctionem iuvat, cibi faſtidium tollit, urerinos meatus aperit, languentes recreat, & ad priſtinum robur reducit. Doſis ut ſuprà.

## PVLVIS LÆTIFICANS GALENI.

℞ Seminis Ocymi,
Croci,
Zedoariæ,
Santali citrini,
Caryophyllorum,
Corticis Citri, } añ. ℥ij. ſs.
Galangæ,
Macis,
Nucis moſchatæ,
Styracis calamitæ,
Raſuræ Eboris
Seminis Aniſi,
Epithimi, } añ. ℥j.
Thimi
Oſsis de corde Cervi, vel cornu Cervi
Ambræ,
Moſchi, } añ. ʒſs.
Margaritarum,
Camphoræ
Foliorum Auri
Foliorum Argenti } añ. ℈ſs.
*Fiat omnium pulvis, ut artis eſt.*

In

Fundación Uriach

In plurimis Antidotarijs reperitur deſcriptus (etſi vario modo) pulvis iſte ex Nicolao Præpoſito, præſtantior quidem altero Rhazis; illius tamen inventionem perperam Galeno tribui demonſtrat Renodeus, cúm eius operibus nec contineatur, nec multa norit ipſe, ut Moſchum, Camphoram, Ambram, & Margaritas, quæ in illius compoſitione continentur; atque ideo incerti Autoris eſſe affirmat.

Vim habet calfaciendi, ſiccandi, & attenuandi, proindeque utiliſsimus in affectibus frigidis, & humidis cerebri, cordis, ventriculi, & hepatis. Flatus, & vapores melancolicos diſsipat, merores, triſtitias, & timores tollit, cor lætificat, & roborat, Doſis ſimilis antedictis.

## *PLIRIS ARCOTICON NICOLAI.*

℞ Cinnamomi,
Caryophillorum,
Ligni Aloës,
Galangæ,
Spicæ Indicæ,
Nucis moſchatæ,
Zingiberis,
Spodij,
Schenanthi,
Cyperi,
Roſarum,
Violarum,
— an. ʒj. gr. xv.

Folij, ſeu Macis,
Glycyrrhizæ,
Maſtiches,
Styracis Calamitæ,
Sampſuchi,
Siſymbrij, ideſt Balſamitæ, ſeu
Menthæ aquaticę,
Ocymi,
Cardamomi,
Piperis longi,
— [illegible] j. gr. v.

Fundación Uriach

Myrtillorum,
Corticis Citri,
Margaritarum,
Behen albi,
Behen rubri, Coralli rubri
Serici crudi — aā. ℈j. & gr.ij. ſs.
Moſchi — gr. vij. ſs.
Camphoræ — gr. v.
*Ex arte fac pulverem.*

*Vires, & uſus* Uſus illius eſt in imbecillate ventriculi, & cerebri à cauſa frigida nata. Flatus potenter diſcutit, memoriam adauget: Melancolicis, epilepticis, & aſthmaticis ſuccurrit, in animi deliquijs, cordis palpitatione, & uteri ſtrangulatu præſtans auxilium eſt. Doſis, ut ſupra.

## *PULUIS EX MARGARITIS SECUNDUM uſum.*

℞ Margaritarum præparat. — ℥ij.
Radicis Biſtortæ, — ℥j.
Coralli rubri — ℥j. ſs.
Amyli toſti — ℥iiij.
*Fiat ex arte pulvis.*

*Vires, & uſus* Vim habet pulvis iſte refrigerandi, & adſtringendi. Cor, & cætera viſcera roborat. Illius frequens uſus eſt ad præcavendum abortum cum convenienti liquore. Solet ex hoc pulvere formari electuarium ſiccum in tabellas diviſum, Doſis ſimilis antedictis.

## *DIACUMINUM NICOLAI.*

℞ Cimini præparati, hoc eſt viginti quatuor horis Aceto acerrimo macerati, & poſtea exiccati — ℥vij. & ℈j.
Cinnamomi —
Caryophyllorum — aā. ℥ij. ſs.

Pi-

Fundación Uriach

Piperis nigri, Zingiberis — añ. ʒ ij. & gr. v.
Thymbræ, ſeu Satureiæ, Calaminthæ, Galangæ — añ. ʒ j. & ℈ ij.
Ammeos, Liguſtici — añ. ʒ j. & gr. xviij.
Piperis longi — ʒ j.
Spicæ Indicæ, Cardamomi, Nucis moſchatę — añ. ℈ ij. ſs.

*Fiat ex arte pulvis, qui etiam ex Melle, vel Saccharo poteſt parari in forma Electuarij mollis, vel ſolidi.*

Magnam vim habet calefaciendi, exſiccandi, & attenuandi; ideoque in affectibus a cauſa frigida, & humida dependentibus illius uſus eſſe debet. Inteſtinorum, & uteri flatus potenter diſſipat: in hypocondriorum diſtentione; dolore colico, & difficultate reſpirandi a flatulenta materia: frigidis ſcilicet, & craſſis humoribus, provenientibus præſtans auxilium eſt. Doſis à ʒ ſs. ad ʒ j. *Vires, & uſus*

## PULVIS HALY ABBATIS.

℞ Seminum Papaveris albi — ʒ x.
Seminum Cucurbitæ, Melonis, Cucumeris, Citrulli, Cydoniorum — añ. ʒ vij.
Seminum Portulacæ, Althææ, Malvæ — añ. ʒ v.
Gummi Arabici, Tragacanthi, Amyli — añ. ʒ iij.

Spo-

Fundación Uriach

Spodij,
Succi Glycyrrhizæ -
Penidiarum ——— *ad pondus omnium.*
*Ex artis legibus fac pulverem ſubtilem.*

*Vires, & uſus.* Pectorale remedium eſt pulvis iſte, cuius principalis ſcopus eſt præcavere, & curare pthiſim, quo utuntur Medici cum fœlici ſucceſſu in prædicto affectu. Diſtillationes ſalſas, & acres ſiſtit, gutturis aſperitates lenit, pulmonis ulcera abſtergit, & agglutinat, calorem, & ſiccitatem cordis, aliarumque partium attemperat. Doſis à ʒ j. ad ij.

## *DIAPAPAVER NICOLAI MYREPSI.*

℞ Liquiritiæ,
Tragacanthi, } añ. ʒ x.
Gummi Arabici -
Papaveris albi, } añ. ʒ xx.
Penidiarum -
Amigdalarum dulcium ——— ʒ x.
Amyli, -
Seminum Cydoniorum, } añ. ʒ v.
Portulacæ -
Seminum Lactucæ,
Malvę,
Cucumeris, } añ. ʒ viij.
Melonis,
Cucurbitæ -

*Fiat pulvis, vel poſtulante Medico, Confectio mollis cum ſufficienti quantitate Syrupi [illegible] vel Sapæ.*

Fundación Uriach

*Adnotatio.* Hoc, & antecedenti Medicamento non niſi recenter paratis uti oportet; propter enim oleaginoſam ſubſtantiam multorum ſimplicium, quibus conſtant, cito corrumpuntur, maxime æſtuante tempore. Euſdem fere virtutis eſt, ac pulvis Haly præſcriptus; præſtans enim remedium eſt in pthyſi, febre hectica, ac vigilijs nimijs. Doſis eadem.

DIA-

## DIATRAGACANTUM FRIGIDUM
*Nicolai Myrepſi.*

℞ Tragacanthi albi ——— ℥ ij.
Gummi Arabi ——— ʒj. & ʒ ij
Amyli ——— ʒ ſs.
Glycyrrhizę, ———
Seminis Cucurbitæ,
Melonis,
Cucumeris,
Citrulli, ——— } añ. ʒ ij.
Camphoræ ——— ℈ ſs.
Penidiarum ——— ℥ iij.
*Secundum artem ſiat pulvis.*

Commendatur in omnibus pectoris, & pulmonis affectibus à calida, & ſicca cauſa ortis. Tuſſiculoſis ab intemperie calida opem præſtat, peripneumonicis, pleuriticis, & tabidis auxiliatur, faucium, ac laringis aſperitates emendat. Doſis à ʒ j. ad ij. *Vires, & uſus*

## PULVIS PAPÆ BENEDICTI.

℞ Aniſi, ———
Fœniculi, ——— } añ. ℥ ſs.
Liquiritiæ, ———
Dictamni ——— } añ. ʒ ij.
Seſelis, ——— } añ. ʒ j. ſs.
Carui ———
Seminis Coriandri pręparati, ——— } añ. ʒ j.
Sacchari albiſsimi ———
*Ex arte fac pulverem.*

Fundación Uriach

Utilis eſt ad corrigendam intemperiem frigidam, & humidam ventriculi, & cerebri. Coctionem illius iuvat, & flatus diſſolvit. Calculoſis ex præcedentibus craſsis, & viſcidis humoribus prodeſt. Tutus, *Vires, & uſus*

&

& familiaris eſt ſenili ætati, & in regionibus frigidis. Sumitur poſt paſtum cochleare j. vel ij.

## PVLVIS CONTRA VERMES.

℞ Seminis Alexandrini ——————— ʒ iiij.
Foliorum Menthæ, ———
Santonici, } añ. ʒ ij.
Corallinæ,
Centaurij minoris ———
Seminis Citri mundati, ———
Portulacæ, } añ. ʒ j. ſs.
Acetoſæ,
Caulium ———
Corticis Aurantij mali ſicci, ———
Cornu Cervi uſti, } añ. ʒ j.
Rhabarbari electi,
Coralli rubri præparati ———
*Ex arte fiat omnium pulvis ad uſum ſervandus.*

*Vires, & uſus.* Efficax eſt pulvis iſte ad lumbricos enecandos, & ad corruptos cibos, excrementioſque humores ventriculi, & inteſtinorum tergendos, & per inferiora ducendos. Doſis à ʒ j. ad ij.

## PVLVIS CONTRA RABIEM, SIVE PRO morſis à Cane rabido, Palmarij.

℞ Foliorum Rutæ, ———
Verbenæ,
Salviæ, } añ. ℥ j.
Plantaginis,
Menthæ,
Abſinthij ———

Ar-

Fundación Uriach

Artemiſiæ,
Meliſſophylli,
Betonicæ, | ań. ℥ vj.
Hyperici,
Centaureæ minoris,
Radicum Polypodij

*Omnia ſiccentur, & in ſubtilem pulverem redigantur.*

## *PULVIS AD IDEM USUALIS.*

℞ Cineris Cancrorum fluviatilium canicularitempore captorum — ℥ iij.
Radicis Gentianæ — ℥ ij. ſs.
Thuris optimi — ℥ ſs.
*Miſce fiat Pulvis.*

Ambo iſti Pulveres conveniunt morſis à Cane rabido. Exhibentur cum idoneo liquore tribus, vel quatuor horis ante cibum pondus ʒ j.

## *HIERA PICRA SIMPLEX GALENI*

℞ Aloës ſuccotrinæ — ℥ C.
Cinnamomi,
Xylobalſami, vel Ligni Aloës
Aſari, | ań. ʒ vj.
Spicę Nardi,
Croci,
Maſtiches,
*Ex arte compone* [illegible]

Fundación Uriach

Licet ob ſaporem amarum ingratum ſit hoc medicamentum; præſtantiſſimum tamen celebratur ad purgandam bilem, è ventriculo, & primis venis; non enim ultra hepar tranſcendit eius virtus; per accidens autem [illegible] cruſſos & viſce-

dos humores educit. Familiare admodum eſt vẽtriculo, prodeſt etiam capiti per conſenſum ipſius ventriculi affecto. In cruditate, nauſea, lumbricis, ictero, & cachexia utiliter exhibetur. Siccis autem naturis, extenuatis, ſenibus, & febriſcitantibus caute præſcribendus eſt pulvis iſte; permixtus autem cum Caſsiæ medulla, aut alio humido medicamento correctus tutò propinari poteſt. Datu á ʒ j. ad ℥ ſs.

## HIERA PICRA MESVES.

℞ Maſtiches,
Cinnamomi,
Aſari,
Spicæ,
Carpobalſami,
Croci,
Caſsiæ-ligneæ,
Ligni Aloës — añ. *partes æquales.*
Aloës — *duplum pondus omnium.*

*Ex arte fiat omnium pulvis.*

*Hoc pulvere utimus in compoſitionibus Meſues, ubi Hiera picra ſcribitur.*

## HIERA PICRA RHAZIS.

℞ Roſarum rubrarum,
Sicæ Nardi,
Maſtiches,
Xilobalſami,
Carpobalſami,
Cinnamomi,
Radicum Aſari — añ. ʒ j. & gr. vj.
Aloës — ʒ vj. & ℈ ij.

*Fiat pulvis ſecundum artem.*

*Ex hac Hiera conficiuntur Rhazis compoſitiones.*



Fundación Uriach

## PULVIS CONTRA CASUM MESUES.

℞ Rhabarbari ———————— ʒ j.
Mumiæ ———————— gr. ij.
Rubeæ tinctorum ———————— gr. j. ſs.
*Miſce, & fac pulverem.*

## PULVIS CONTRA CASUM GUIDONIS.

℞ Mumiæ, ————
Boli Armeni, ———— } an. ℥ j.
Terræ ſigillatæ ————
*Miſce, & ex arte fac pulverem.*

Pulvis iſte ſecundum utramque deſcriptionem in uſu frequenti eſt contra caſum, ut nomen illius deſignat, quando ſcilicet corpus cadit, concutitur, aut vulneratur: ſed non æquali virtute: nam iuxta formam Guidonis magis adſtringit, roborat, incraſſat humores, & fluxiones ſiſtit; ſecundúm verò Meſues deſcriptionem, prӕter vim reſtringendi, & roborandi, facultatem purgandi obtinet ex Rhabarbaro. Doſis eſt ʒ j. & in robuſtioribus uſque ad ʒ ij. cum aqua plantaginis, Syrupo Roſarum ſiccarum, cum portione aliqua confec. Hyacinthorum, aut pul. Diamarg. frigidi. *Vires, & uſus*

## PULVIS RESTRICTIVUS USUALIS.

℞ Boli Armeni ———————— ℥ vj.
Myrtillorum ———————— ℥ iij.
Roſarum rubrarum, ————
Balauſtriarum,
Thuris,
Maſtiches,
Sanguinis Draconis ————
Nucum Cupreſsi ———————— ℥ j. ſs.

Fundación Uriach

Cinnamomi, } añ. ℥ſs.
Caryophyllorum

*Fac ex arte pulverem ſubtilem, & cribro trajectum.*

*Vires, & uſus* Vim habet reſtringendi, condenſandi, incraſſandi, comprimendi, repellendi, & roborandi cum quadam etiam facultate reſolvendi. Uſus illius frequens eſt ad externa in contuſionibus, fracturis, ſanguinis profluvijs, & ſimilibus affectibus.

## *PULVIS SANGUINIS FLUXUM ſiſtens Pauli Barbette.*

℞ Farinæ volatilis molendin. ℥iij.
Sanguinis Draconis, } añ. ℥ſs.
Thuris
Boli, } añ. ʒij.
Terræ Sigillatæ
Gypſi ʒvj.
Ranarum exſiccatarum } añ. ℥j.
Spongiæ novæ torrefactæ
Pilorum Leporis minutim inſciſorum ʒj. ſs.
Albuminum Ovorum in ſole exſiccatorum, & pulverizatorum ℥ſs.
Vitrioli albi ʒj.

*Miſce, fiat pulvis ſubtiliſſimus.*

*Vires, & uſus* Efficaciſſimum remedium eſt ad promptè ſiſtendum quemcumque ſanguinis fluxum in vulneribus, ſi parti diligenter applicetur. Digito itaque vulnus vaſis ad momentum claudatur; ad hoc autem ſi pervenire haud conceditur, exteriùs vaſi incumbenti comprimatur, & ſpongia vulnus mundificetur. [illegible] ſictus, non totum vulneri (quod ab artis imperitis fieri ſolet) ſed vaſis ſolutioni inſpergatur, quæ neceſſariò eſt obturanda, ſi ſanguinis fluxum impedire velimus.

Fundación Uriach

## *PULVIS DENTIFRICIUS.*

℞ Lapidis Pumicis uſti } añ. ℥ſs.
Radicis Ireos Florentiæ,

Oſsis

Oſsis Sepiæ,
Ligni Lentiſci ————————————
Coralli rubri præparati, ————— añ. ℥ iij.
Sanguinis Draconis,
Cornu Cervi uſti,
Maſtiches,
Cremoris Tartari ——————————
Moſchi, ———————————— añ. gr. iij.
Ambræ ————————————
*Ex arte fiat pulvis.*

Valet pulvis iſte ad detergendos, dealbandos, & firmandos dentes, corrigendumque oris fœtorem. *Vires, & uſus*

## *PULVIS IOANNIS DE VIGO.*

℞ Aquæ fortis, qua ſcilicet Aurum ab
Argento ſeparatur ——————— Lib. j. ſs.
Argenti vivi ——————————— Lib. ſs.

*Ponantur in bocia vitrea benè involutata, deinde hac ponatur ad furnellum cum capello, & recipienti, omnibus ſimul inlutatis ne aër valeat exire, & elambicetur imprimis lento igne, deinde cùm incipit elembicare, ignis fortificetur uſque ad rubedinem recipientis bocia, deinde ſucceſsivè ignis aliquantulum augmentetur, donec aqua in totum ſit elembicata, poſtmodum frange bociam, & extrahe Argentum vivum calcinatum, quod apud Alchimiſtas præcipitatum nuncupatur, & trituretur ſuper lapide marmoreo. Deinde iterum ponatur in bocia, modo quo ſupra dictum fuit, inlutata, & iterum cum ſuo recipiente (ut fuit dictum) elambicetur, donec tota aqua ſit elembicata, quo facto frange bociam iterum, & extrahe quod intus eſt, & ſuper lapide marmoreo cum alio*

*lapi-*

Fundación Uriach

*lapide pulverizetur, quo facto ponatur pulvis in Caſsiola ænea ad ignem ſatis fortem ſemper baculo agitando per horam unam, & dimidiam: quia iſto modo melioratur pulvis, & ad perfectionem reducitur. Et ſignum perfectionis eſt, quando cognoveris ipſum colorem Minij, aut aliquantulum clariorem acquiſiviſſe. Hæc Vigo in Antidot. cap. 13.*

## *AQVA FORTIS SIVE SEPARATIONIS ab eodem Auctore ſic paratur.*

℞ Vitrioli Romani, ———— } añ. Lib. j.
Aluminis Rochæ ———— }
Salis Nitri ———— Lib. j. ſs.

*In vaſe vitreo elambicetur, & quanto fortior tanto melior.*

Vires, & uſus — Prædictus Pulvis quia corroſivus eſt, interiùs per os aſſumi non debet, propter cruciatus, & noxas alias, quas inducere poteſt; ſi tamen artificioſè paretur valdè utilis eſt in plurimis affectibus externis. Eo ſæpiſsimè utuntur Chirurgi in ulceribus venereis pudendorum, & aliarum partium. putridos humores, & ſordidos potenter exſiccat, & abſumit, carnem fungoſam, & putridam exedit, & ſcaram inducit, ne autem dolorem cauſet ſolet cum unguentis attemperantibus permiſceri.

Fundación Uriach

# DE ELECTVARIJS SOLIDIS, SIVE TABELLIS.

IN latiore acceptione, & nominis æthymologia ſpectata, Electuarium idem ſonat, ac medicamentum ex rebus electis compoſitum; ſtrictiùs tamen ſumitur pro eo, quod Antiqui propriè appellabant Antidotum, cuius duplex eſt differentia, electuarium nempe molle, conſiſtentiam opiatæ confectionis habens: aliud verò ſolidum, durius, tabularum dictum, de quo in præſenti eſt ſermo. Dicitur quoque Tabella à plana figura, quam habet: vel Teſſella, quia ſub forma omni ex parte quadrata parari ſolet. Conficitur potiſſimum ex pulvere, vel ſimplici, vel compoſito, & quandoque ex rebus alijs cum ſaccharo liquore aliquo diſſoluto, & ad perfectionem cocto, ad alterandum, vel purgandum. Materia igitur tabellarum ſaccharum eſt; non autem mel; licet enim hoc per coctionem dureſcat, ſtatim autem molleſcit, & liqueſit, & conſequenter diſſolvuntur tabellæ, quod non contingit ſi ex ſaccharo fiant, niſi in humido loco reponantur.

*Electuarii quid ſit. Differentia.*

*Quid Tabella.*

Quantitas Sacchari in Electurijs ſolidis apponenda non eadem eſt apud omnes Auctores. Certum quidem eſt modò augeri, modò minui, prout Electuarij virtus deſideratur validior, vel imbecillior; quo enim maior Sacchari quantitas additur eo vis medicamenti erit ignavior, quo minor, eo fortior. Ut plurimùm autem, & iuxta inveteratam conſuetudinem, quando à Doctoribus, non deſignatur certa, & determinata Sacchari quantitas, pro uncia una pulverum, & reliquorum ingredientium, ponitur libra una Sacchari, in hac enim quantitate melius recipit pulveres, nec citò areſcunt Tabellæ, ſed tenellæ conſervantur, tum quia ſic guſtui gratiores ſunt. Quod ſi pulverum compoſitioni non ingrediatur Saccharum, ut in Roſata novella, ſuperaddenda [illegible] eſt ea Sacchari portio, quæ ſatis ſit ad æquandum ſuum pondus. Dicta tamen regula licet obſervetur in Electuarijs alterantibus, non ſemper tamen in purgantibus, in quibus addi ſolet ſacchari quantitas habito reſpectu ad medicamentum quod eſt baſis totius compoſiti, vel propter alios ſcopos à Medicis in compoſitione propoſitos.

*Sacchari quantitas.*

Obſervandum tamen eſt in Electuarijs paratis ex carnibus pectoris Caponum, Teſtudinis, Perdicis, & aliorum animalium, pro ſingulis un- *Nota.*

Fundación Uriach

uncijs carnis ponimus uncias ſolũ quatuor Sacchari. In Electuarijs tamen cōpoſitis ex ſeminibus frigidis, vel ex fructibus, ut Amygdalis, nucleis Pini, Nucibus, &c. pro unaquaque uncia fructuũ addantur unciæ tres Sacchari: ex gr. ſi recipiatur uncia una pulveris, tres carnis, & quatuor fructuum, ponendæ ſunt libræ tres Sacchari, adeo ut una libra Sacchari correſpondeat unciæ uni pulverum, ſecunda tribus carnis, & altera quatuor uncijs fructuum.

*Modus parandi Tabellæ.* His annotatis ſic parantur Tabellæ: Saccharum antequam pulveres recipiat debet ſtillatitia aqua, vel alio liquore idoneo dilui, & diſſolvi, ad quod ſufficiunt pro una libra Sacchari unciæ tres liquoris vel paulo plus: debet deinde igne deſpumari, & lente, ac tandiu coqui donec Syrupo craſſior evadat, quod dignoſcitur ſi eius gutta extracta propter ſpiſſitudinem vix effluat: poſtea aliquantulum refrigerato ſpecies paulatim admiſceantur, confundantur, & piſtillo agitentur, donec totum ſoliditatem, & æquabilitatem adeptum ſit. Tum marmori, vel tabulæ ligneæ priuſquam refrigeratum, & concretum ſit, admoveatur, piſtillo, ſeu baculo optime perpolito, levigato, & rotundo dilatetur, & complanetur, tandemque refrigeratum in Tabellas quadratas diſcindatur, eaſque pondere drahmę unius, aut duarum, vel trium, quæ poſtea in ſacchari duritiem concretæ in arculis recondantur.

## *ELECTVARIVM AROMATICVM Roſatum.*

℞ Pulveris Aromatici roſati Gabr. ———— ℥ j.
Sacchari albi optimi in aqua Meliſſæ, vel alio idoneo liquore diſſoluti. ———————— Lib. j.

*Fac ex arte Electuarium ſolidum, & dividatur in tabellas pondere duarum, vel trium drachmarum. Huius exemplo parari poterunt cætera Electuaria ex pulveribus reliquis aromaticis, & plurimis alijs.*

Fundación Uriach

## *SACCHARVM ROSATVM TABVLATum, vulgo Manus Chriſti ſimplex nuncupatum.*

℞ Sacchari albiſsimi ———————— Lib. j. ſs.
Aquæ Roſarum optimæ ———————— ℥ vj

*Miſ-*

*Miſce, lentoque igne ad iuſtam conſiſtentiam coque, & redige in tabellas.*

## *MANUS CHRISTI PERLATA.*

℞ Sacchari albiſsimi in aqua Roſarum optimè ſoluti, & ad debitam conſiſtentiam cocti ——— Lib. j.
Margaritarum præparatarum ——— ʒ iij.
*Fiat Electuarium, & dividatur in tabellas.*

Confert huiuſmodi Electuarium ad roborrndum vires deiectas in febribus ardentibus, & alijs morbis calidis. Cor, & reliquas principes partes recreat. *Vires, & uſus*

## *ELECTVARUM DIACARTHAMI Guidonis.*

℞ Pulveris Diatragacanthi ——— ℥ j.
Carnis Cydoniorum Saccharo conditæ ——— ℥ j.
Zingiberis ——— }
Hermodactylorum ——— } añ. ʒ iij.
Medullæ ſeminum Carthami ——— ʒ vj.
Diagridij ——— ʒ iij.
Turbith ——— ℥ j.
Mannæ granatæ ——— }
Rhodomellis ——— } añ. ℥ j ſs.
Sacchari optimi ex aqua Ivæ arteticæ diſſoluti ——— ℥ vj.
*Fac ex arte Electuarium ſolidum.*

Vim habet validam ad purgandum pituitam non ſolum à ventriculo, & meſenterio, ſed etiam à ſecundis venis, & prtibus remorioribus corporis Valet etiam ad educendos bilioſos humores. Efficax eſt in arthritide, paralyſi, & cephalalgia ad purgandos pituitoſos humo- *Virus, & uſus*

M mo-

Fundación Uriach

mores cum billioſis permixtos, qua ratione prodeſt etiam in febribus quotidianis, & tertianis nothis ex humorum æterogeneitate ortis. Datur á ʒ. ij. ad vj.

## *ELLCTVARIVM DIATVRBITH cum Rhabarbaro Bartholomei Montagnana.*

℞ Rhabarbari ——— ʒ x.
Turbith albi, & gummoſi, } añ. ℥ j.
Hermodactylorum ——— }
Diagridij ——— ℥ ſ.
Zingiberis, }
Santali albi, } añ. ʒ j. ſ.
Santali rubri, }
Violarum ——— }
Maſtiches }
Aniſi, } añ. ʒ ſ.
Cinnamomi }
Croci ——— }
Sacchari in aqua Cichorij diſſoluti Lib. j. ℥ ij. & ʒ ij.
*Ex arte fac Electuarium ſolidum.*

*Vires, & uſus.* Optimum medicamentum eſt ad purgandum bilem, & pituitam. In hydrope pæſtans auxilium eſt, ad vermes etiam efficaciſſimum remedium; rhabarbarum enim lumbricos enecat, turbith autem pituitam ipſam, quæ vermium materia eſt, per alvum eupurgat. Doſis á ʒ ij ad ℥ ſ.

Fundación Uriach

ED

# DE CONFECTIONIBVS, SEV ELECTVARIIS HVMIDIS, VEL MOLLIBVS.

CONſiſtentia huiuſmodi medicamenti, nec fluida eſt, ut Syrupi, vel Eclegmatis, nec ita ſicca, & ſolida, ut maſſæ Pilularum, & Trochiſcorum, ſed media inter utrumque extremum, pulmenti ferè ad inſtar. Componitur ex pulveribus, & ex rebus alijs permixtis cum Melle, vel Sacchаro. Huius medicamẽti forma multipliciter utilis eſt: nã præterquã quod ſic medicamenta gratiora, & meliora ventriculo redduntur, aliud utiliſsimum conſequuntur, quòd optimè permixtis medicamentis ſequitur illorum fermentatio, per quam mutua actione, & paſsione ad invicem corriguntur, quod maximè neceſſarium eſt in confectionibus opiatis, quæ opium, & alia narcotica medicamenta recipiunt, & etiam in ſolutivis, & purgantibus, quæ ſi recenter, & ſtatim ab eius confectura, antequam ſcilicet per fermentationem correcta ſit effrenis, & maligna medicamentorum qualitas, ſumantur, plurimas ſolent inducere noxas. *Conſiſtentia, & forma.*

Confectiones aliæ ſunt cardiacæ, ſeu cordiales dictæ, aliæ opiatæ recipientes opium, & aliæ ſolutivæ, vel purgantes. Rurſus quæ cardiacæ appellantur aliæ ſimpliciter, & mere tales ſunt, aliæ vero quæ ſimul alterant, ſpiritus, & partes vitales recreant, & ſimul ſomnum conciliant: aliæ vero theriacales, ſeu antidota nuncupatæ, quæ quidem illos præſtant affectus, & virus, ſive venenum expurgant, & hæ polycreſta medicamenta vocantur, ideſt varij, & multiplicis uſus, ut eſt Theriaca, Mithridatum, &c. *Differentia*

Quantitas Mellis, vel Sacchari in Confectionibus apponenda, eſt in quadrupla proportione ad ſpecies, ſeu pulveres, ut ſcilicet tribus uncijs pulverum una libra Sacchari, aut Mellis commiſceatur: poteſt tamen minui, & augeri prout confectionis vis deſideratur validior, aut imbecillior, vel eius conſiſtentia craſſior, vel liquidior. Quando verò confectionem ingrediuntur medicamẽta humida, ut pulpa Caſſiæ, vel Tamarindorum, Manna, Dactyli, Amigdalæ, alijque fructus, non debet Mellis, vel Sacchari pondus multiplicari illorum reſpectu, ſed ad pulveres ſiccos eſt habenda ratio, imo minui poteſt Mellis, vel Sacchari quantitas ad pulveres deſignata, dummodo medicamentum iuſtam acquirat conſiſtentiam, & diu ſine corruptione conſervari poſ- *Mellis, aut Sacchari quantitas. Nota.*

 ſit,

Fundación Uriach

ſit,& gratum ſaporem habeat,qui ſunt principales ſcopi propter quos Saccharum,& Mel apponuntur in confectionibus.

*Modus cõficiẽdi*

Ut autem optime,& artificioſe paretur Confectio Mel cum aqua pauca,vel potiùs vino albo,& generoſo dilui debet, ſenſimque moderato igne coqui,& deſpumari dum aqua, vel alius liquor ante permixtus exhalaverit. Tum ab igne removeatur, & antequam plane refrixerit pulveres confuſi inſpergantur paulatim in mel ſic præparatum, & ligneo piſtilo permiſceantur, dum mixtorum quædam ſit æqualitas. Non debet autem confectio in pixide, ſeu vaſe reponi antequam plane refrixerit, ne illius pars ſuperior extrinſecus velut pellicula,aut membranula quadam incruſtetur, meliúſque fermentetur,& ubique, ex omnique parte ſit æqualis craſsitudo.Tandem in vaſe repoſita Cõfectio frequenter agitari debet, & ſi fuerint Opiatæ ſingulis ſeptimanis,donec ſex pertranſierint menſes.

# DE CONFECTIONIBUS CORDIALIBUS, SEU AROMATICIS, ET ALIIS ALTERANTIBUS.

## *CONFECTIO DIAMOSCHI DULCIS Meſues.*

℞ Croci———————

Doronici,& eius loco Galangæ,vel

Meliſſæ, Zedoariæ } aã. ʒ. ij.

Ligni Aloës,

Macis———————

Margaritarum albarum,———

Serici crudi exſiccati minutiſsimè inciſi, & triti,

Charabe, } aã. ʒ ij. ſs.

Coralli rubri,

Galliæ moſcatæ veræ Meſues,

Ocimi citrati,vel Caryophyllati———

Be-

Fundación Uriach

Behen albi, & eius loco Radicis Phu, ideſt
Valerianæ, ——————————
Behen rubri, & eius loco radicis Biſtortæ
Folij, aut Caſsiæ ligneæ, } añ. ℥. j.
Spicæ Nardi,
Caryophyllorum ————————
Zingiberis ——————————
Cubebarum, } añ. ʒ j. ſs.
Piperis longi - ————————
Moſchi —————————— ℈ ij.
Mellis crudi virginalis dicti, non defœcati,
ſed ſpontè ex favis defluxi ——— *Quadruplum.*

*Terantur ex arte omnia ſubtiliter, trita verò miſta, & denſo cribro traiecta cum prædicto Melle excipiantur, & fiat Confectio.*

Uſus iſtius Confectionis maximus eſt in frigidis cerebri affectibus, ut in vertigine, epilepſia, & paralyſi. Commendatur itidem in palpitatione cordis, & ſpirandi difficultate á cauſa frigida ſuborta, in affectione hypocondriaca, & uterinis affectibus: tandemque ad diſcutiendos flatus mirificè prodeſt. Datur á ʒ ſs. ad ʒ j. ſs. *Vires, & uſus*

## *CONFECTIO DIAMOSCHI Renodei.*

℞ Moſchi —————————— ʒ ſs.
Oſsis de Corde Cervi- ————
Margaritarum pellucidarum,
Scobis Eboris,
Coralli albi,
Coralli rubri,
Santali citrini, } añ. ʒ j.
Santali albi,
Ligni Aloës,
Cinnamomi,

Cro-

Fundación Uriach

Croci,
Caryophyllorum
Roſarum — } añ. ℨj. ſs.
Nenupharis
Corticis Citri
Florum Buglosſi, — } añ. ℨſs.
Spicæ Indicæ
Camphoræ — gr. ij.
Mellis electi — *Quadruplum*

*Omnia ſecundum artem in pulverem redacta Melle excipiantur, & fiat Confectio.*

*Vires, & uſus* Deſcribitur hoc medicamentum à Renodeo in ſuo Antidot. ſub forma Pulveris; placuit tamen nobis addito Melle, in Electuarium molle reducere Diamoſchi Meſues inſtar, á quo tamen facultatibus, & temperamento plurimúm diſtat: nam ſupraſcriptum Meſues, quia multis calidioribus conſtat ſimplicibus, efficacìter deſignatos effectus in morbis frigidis præſtat. Hoc vero temperatius eſt, & in affectibus calidis, præſtantiſſimum, facillimum, & cum minori quæſtu. Viribus calidis, præſtantiſſimum, cerebri imbecillitati à cauſa calida confert, partes nobiles roborat, & recreat, maxime veró cor, & vitales facultates á cauſa qualibet, ſed præſertim calida languentes. Prodeſt quoque multis uteri affectionibus. Doſis ut in anteriori.

## *CONFECTIO ALCHERMES Meſues.*

℞ Serici ſucco granorum tinctorum recenter tincti — Lib. j.
Succi Pomorum dulcium
Aquæ Roſarum — } añ. Lib. j. ſs.
Ambræ griſeæ — ℨ iij.
Ligni Aloës veri, & optimi,
Cinnamomi — } añ. ℨ vj.
Lapidis Lazuli loti, & præparati
Margaritarum albarum — } añ. ℨ ij.

Fundación Uriach

Foliorum Auri boni ——————————— ʒ j.
Moſchi laudatiſsimi ——————————— ℈ j.
Sacchari albi optimi ——————————— Lib. j. ſs.

*Fac confectionem ſequenti modo.*

*Sericum grano infectorio, hoc eſt ſucco granorum tinctorum recenter fucatum, vel tinctum viginti quatuor horis in prædictis liquoribus commiſsis, nempè in ſucco Pomorum, & Aqua Roſarum macerabis, poſtea leviter coques, eatenus ſcilicèt ut rubro colore liquores colorentur, tunc extrahatur ſericum, exprimatur, & reijciatur. Rurſus Sacchoro addito ad Mellis craſsitudinem coques, deinde ab igne amove, atque ut fervorem deponat, ſines. Miſtura tamen adhuc calente Ambram fruſtratim ſciſam admiſce, & liqueſcere permitte. Tandem reliqua in tenuiſsimum pulverem redacta, atque comiſta, exquiſitè confundendo, adde.*

Lapis Cyaneus, ſeu Lazuli propter partes acres, & cauſticas, vimque purgatricem, & vomitivam, quam obtinet, diligenter præparari debet, ut remaneat ſolum vis cardiaca, & roborans: quæ præparatio ſic oportet fieri. Uritur ipſe Lapis in cruſibulo, ſeu parva olla fictili: deinde teritur, & multoties in aqua primùm communi, deinde cardiaca, ut Roſacea, vel alia convenienti abluitur, totieſque ſiccatur, atque rurſus ablutio iteratur, donec aqua clara, & limpida poſt lotionem remaneat. *Annotatio.*

Prætioſa Alchermes Confectio, nobilis etiam nuncupata, ad plurimos affectus efficaciſſima eſt. Cor maximè roborat, ſpiritus vitales reficit, palpitationi, animi deliquio, cerebro quoque, & animali facultati languidæ eximiè ſuccurruit, necnon ab apoplexia præſervat. Exhibetur cum magna utilitate melancolicis, triſtibus, & meticuloſis, animum enim gaudio reficit, lætitiam, & hilaritatem inducens. Datur á ʒ j. ad ij. *Vires, & uſus*

CON-

## CONFECTIO GORDIALIS CONTRA *melancoliam dicta, ex Gentili de Fulgineo.*

℞ Margaritarum præparatarum ——— ʒ j. ſs.
Hyacinthorum ——————— ʒ ſs.
Cinnamomi ———————
Caryophyllorum, } an. ℈ j.
Macis ———————
Limaturæ, vel foliorum Auri, ——— } an. ʒ j.
Argenti ———————
Aquæ Roſarum ——————— ℥ viij.
Sacchari albiſsimi in prædicta aqua diſ-
ſoluti, & ad debitam conſiſtentiam
cocti ——————————— ℥ v.
*Fiat ex arte Confectio.*

*Vires, & uſus* Frequentiſsimus huius Confectiones uſus eſt in affectibus melancolicis, uterinis morbis, & affectionibus hypocondriacis. Cor, & cerebrum roborat, palpitationi cordis à cauſa frigida prompte ſuccurrit, flatus quoſcunque, præcipue melancolicos valenter diſsipat. Doſis à ʒ j., ad ij. cum liquore idoneo.

## CONFEGTIO DE HYACINTHO *ſecundum uſnm.*

℞ Hyacintorum præparat. ———
Coralli rubri præparati, } an. ℥ ſs.
Boli Armenii,
Terræ Sigillatæ ———————
Grani infectorij, ———————
Radicis Tormentillæ,
Dictamni cretici,
Croci,

Mir-

Fundación Uriach

Mirrhæ,
Roſarum rubrarum,
Santali rubri,
Santali albi,
Santali Citrini, an. ℈ iiij.
Oſsis de Corde Cervi,
Cornu Cervi uſti,
Seminis Citri mundi,
Acetoſę,
Portulacæ,
Raſuræ Eboris præparatæ
Sapphyrorum præparatorum,
Smaragdorum,
Margaritarum,
Lapidis Topacij,
Serici crudi,
Foliorum Auri,
Argenti an. ℈ ij.
Camphoræ ℈ j.
Moſchi,
Ambræ an. gr. v.
Syrupi ex acido Limonum q. ſ.
*Omnia ex arte parata miſce, & fac Confectionem.*

Hæc Confectio præſtantiſſimum cordis, & reliquarum partium principum antidotum eſt. Lypothimijs, & quibuslibet animi defectionibus valenter ſuccurrit: peſtiferos, & venenatos morbos præcavet, & perſanat. Cor á fuliginum, & vaporum pravorum inſultibus tuetur, putredinem corrigit; atque ideo in febribus malignis [illegible], tum in exanthematis utiliſsime exhibetur. Doſis ab ℈ ij. ad ʒ j. ſs.

*Vires & uſus.*

## *THERIACA EX CITRO DICTA, ſecundum uſum.*

℞ Medullæ ſeminum Citri acidi ℥ iij.
Seminis Acetoſę ʒ ij.

Raſuræ cornu Cervi, ————— }
Dictamni, } ań. ℥ ſ.
Seminis Bombacis mundi, }
Seminis Cydoniorum ————— }
Croci ————————— ʒ ij.
Nucleorum Nucum iuglandium —— ℥ vij. ʒ vij. ſ.

*Omnia artificiosè terantur; ſemen vero Citri per ſe trituretur, & per equinum cribrum extrahatur eius medulla. Semen Bombacis per ſetaceum equinum transmiſſum cum reliquis ſimplicibus (excepto Croco, qui ſolus teri debet) in mortario miſceatur, & ſubtiliter cribrentur. Nuces per ſe tritæ per ſetaceum quoque traÿciantur, quibus ſic paratis, recipe,*

Succi ex acido Citri depurati, ——— } ań. Lib. ij.
Succi Agreſtæ ———————— } & ℥ iij.
Sacchari optimi —————————— Lib. iij.

*Et ex arte fiat Syrupus, quo ſupradicta excipiantur, addito Croco cum portione Syrupi calentis prius diluto, & fiat Confectio.*

*Vires, & uſus* Frequentiſſimus eſt uſus iſtius Confectionis in morbis puerorum, præcipuè in variolis, & morbillis. Utilis eſt ad lumbricos enecandos, commendaturque in malignis febribus per ſe ſola, vel permixta cum alijs cardiacis medicamentis. Doſis ab ℈ ij. ad ʒ ij.

## *LIMONATA SMARAGDORUM ſecundum uſum.*

Fundación Uriach

℞ Smaragdorum orientalium præp. ——— ʒ ij.
Radicis Peoniæ, ——— }
Viſci Quercini, } ań. ʒ iij.
Seminis Peoniæ mundi ——— }
Coralli rubri ———————— ʒ j.
Ligni Aloës ————————— ℈ iiij.

CornuCervi uſti, ———————

Cinnamomi, } añ ʒ j.

Seminis Acetoſæ,

Citri mundi ———————

Dictamni Cretici, ——————— } añ. ʒ j. & ℈ j.

Grani infectorij ———————

Margaritarum præparat.——————— ℈ ij.

Seminis Portulacæ ——————— ʒ ſ.

Croci ——————— gr. iiij.

*Intenuiſsimum pulverum ex Artis legibus omnia redacta, & mixta, ſufficienti quantitate Limonata Mellis excipiantur, & fiat Confectio mollis. Limonata autem mellis ad hancC onfectionem ita paratur.*

℞ Succi acidi Limonum maturorum colati ——————— Lib. vj.

Mellis deſpumati ——————— Lib. iiij.

*Miſce, & fac ex arte Syrupum.*

Valet hæc Confectio ad roborandum cerebrum ,& cor : ad extenuandum,& incidendum craſſos,& viſcidos humorns. Celebratur eius inſignis viritus in epilepſia,& ſimilib⁹ affectibus,præſertim puerorum,ut ex ingredientibus pharmacis evidenter colligitur. Crocus licet caput tentare dicatur,in parva quantitate ponitur,ut facultarum reliquorum medicamentorum ad cerrbrum ſit vehiculum.Cæterum Confectionem hanc reprobarunt aliqui in epileſia,ratione Smaragdorum,exiſtimantes eos inutiles,imo noxios in dicto affectu,inter quos fuit doctiſſimus Joannes de la Serna tract. de morbis puer. Quos tamen acutiſſimè refutat Zaccutus tom.1. q. 13. probans Smaragdum optimum eſſe contra epilepſiam , venenoſoſque morbos auxilium Doſis eſt ab ℈ j. ad ℈ iiij. *Vires, & uſus*

Fundación Uriach

## *CYPHOIDES ANDROMACHI.*

℞ Pulpæ Paſſularum ——————— ʒ xxv.

Croci ——————— ʒ j.

Calami aromatici, ———————
Bdellij ——————— } añ. ℥ ij. ſ.
Caſsiæ ligneæ ——————— ℥ j. ſ.
Cinnamomi ——————— ℥ ſ.
Spicæ Nardi ——————— ℥ iij.
Florum Iunci odorati ——————— ℥ ij. ſ.
Mirrhæ, ———————
Terebenthinę ——————— } añ. ℥ iiij.
Aſpalathi, vel eius loco Ligni Aloës ——— ℥ ij.
Mellis optimi ——————— ℥ ij.
Vini albi generoſi ——————— q. ſ.

*Deſpumetur Mel cum Vino, & ubi refrigerari ceperit addatur Terebentina, & agitetur ſpatula, ut optimè permiſceatur. Tunc Paſſularum pulpa per equinum ſetaceum tranſmiſſa, & reliqua omnio artificioſè in ſubtiliſsimum pulverem redacta permiſceantur, & fiat Confectio.*

*Vires. & uſus* Eaculatem habet attenuandi, incidendi, & abſtergendi humores craſſos, & lentos. Viſcera roborat, & maxime hepar. Uſus frequens illius eſt in hydrope, & præſertim in anaſarca. Exhibetur á ʒ iij. ad ℥ ſs.

## *DIACVRCVMA MAGNA MESVES.*

℞ Croci, ———————
Aſari,
Seminis Petroſelni,
Apij, } añ. ℥ iiij.
Dauci,
Aniſi ———————
Rhabarbari ———————
Mei, } añ. ℥ vj.
Spicæ Nardi ———————

Co-

Fundación Uriach

Coſti,
Mirrhæ,
Caſsiæ ligneæ,
Schænanthi,
Carpobalſami, & eius loco Cubebarum, añ. ʒ ij.
Rubeę tinctorum,
Succi Abſintij,
Succi Eupatorij, ideſt Agerati Dioſc.
Olei Balſami
Calami aromatici, añ. ʒ j. ſs.
Cinnamomi
Scordij veri,
Scolopendriæ, añ. ʒ ij. ſs.
Succi Liquiritiæ,
Tragacanthi ʒ j.
Mellis cum vino deſpumati q. ſ.

*Preparata ſimplicicia omnia, & in pulverem ſubtiliſsimum redacta miſceantur ex arte, & fiat Confectio.*

Efficax eſt iſta Confectio ad reſerandas hepatis, & lienis obſtructiones, & corrigendam frigidam illorum intemperiem, proindeque magnæ utilitatis eſt in quacunque hydropis ſpecie. Flatus diſſipat, urinas movet, lapides renum, & veſicæ comminuit, atque etiam menſes provocare valet. Datur à ʒ ſs. ad ℈ iij. *Vires, & uſus*

## *DIALACCA MAGNA MESUES.*

℞ Laccę ablutæ, añ. ʒ iij.
Rhabarbari
Spicæ Nardi
Schenanti,
Maſtiches,
Mirrhæ,
Coſti,
Cinnamomi,

Cro-

Fundación Uriach

Croci,
Caſsiæ ligneæ veræ,
Bdellij,
Hyſſopi ſicci,
Sabinæ,
Amigdalarum amararum,
Succi Abſinthij, &
Eupatorij condenſatorum,
Radicis Rubeæ tinctorum,
Ariſtholochiæ rotundæ,
Gentianæ,
Aſari,
Seminum Apij,
Fœniculi,
Ammeos,
Aniſi — an. ʒj. ſs.

Zingiberis — an. ʒj.

Mellis deſpumati — q. ſ.

*Omnia ſubtiliter tere, & cum ipſo Melle Confectionem para.*

*Vires, & uſus* Uſus illius eſt in eiſdem, & ſimilibus affectibus, ad quos valet Confectio Diacurcumę, ſub eadem doſi.

## LITHONTRIBON NICOLAI.

℞ Spicæ,
Zingiberis,
Xylobalſami,
Acori,
Cinamomi,
Radicis Peucedani,
Mei, — an. ʒij ſs.

Fundación Uriach

Piperis nigri,
Albi,
Longi,
Saxifragiæ
Opobalſami,
Caryophyllorum,
Coſti,
Rhapontici,
Glycyrrhicæ,
Cyperi,
Tragacanthi,
Chamedryos,
Seminis Oluſatri, id eſt Smyrnij,
Apij,
Ammi,
Aſparagi,
Ocimi,
Vrticæ,
Mali Citri

añ ℥ j. & gr. xv.

Folij,
Croci,
Schenanti,
Caſsiæ ligneæ,
Bdellij,
Maſtiches,
Iridis,
Amomi,
Liguſtici,
Milij Solis,
Petroſelini Macedonici,
Seſelis,
Sinoni, vel ſem. Dauci,
Cardamomi,

añ ℥ ſ. & gr. vij. & ſ.

Ane-

Fundación Uriach

Anethi,<br>
Euphorbij,<br>
Lapidis Lyncis,<br>
Olei Nardini,<br>
Olei Moſchelini ——————————<br>
Mellis —————————————— q. ſ.

*Diligenter omnia in ſubtiliſsimum pulverem redacta permiſceantur cum Melle vino deſpumato, & fiat Confectio.*

*Vires, & uſus* Huius Confectionis vis maxima eſt in obſtructionibus renum, ureterum, & veſicæ, ubi potiſsimùm urinæ ſuppreſsio eſt à calculo, ſivè arenulis, vel à multitudine craſsi, & glutinoſi humoris; lapides enim frangit, arenulas expellit, lentam, craſſam, & ſabuloſam materiam attenuat, incidit, abſtergit, & potenter urinas movet, ſi non intempeſtivè, ſed opportunè exhibeatur, lenito nempe prius ventre, & depoſita venerum plenitudine, abſitque magna febris, aut dictarum partium inflammatio, Doſis à ʒ ij ad iiij.

## *DITARION PIPEREON SIMPLEX Galeni.*

℞ Piperis albi, ————<br>
Longi, } an. ʒ vj. &<br>
Nigri ———— gr. xv.<br>
Aniſi, ————<br>
Thimi, } an. ʒ j.<br>
Zingiberis ————<br>
Mellis electi ———— q. ſ.

*Trita omnia, & craſſiuſculè cribrata excipiantur Melle vino deſpumato, & paretur Confectio.*

*Vires, & uſus* Valet roborare ventriculum, frigidamque illius intemperiem corrigere. Flatus potenter diſcutit, ructus acidos, & inflationem corrigit. Doſis à ʒ j. ad ij.

CON-

Fundación Uriach

## CONFECTIO EX BACCIS LAURI *Rhazis.*

℞ Foliorum Rutæ domeſticæ ſiccorum ——— ʒ x.

| | |
|---|---|
| Ammeos, | an. ʒ ij. |
| Cimini, | |
| Nigellæ, | |
| Liguſtici, | |
| Origani, | |
| Carui, | |
| Seminis Alexandrini, | |
| Amigdalarum amararum, | |
| Piperis nigri, | |
| Piperis longi, | |
| Menthaſtri, | |
| Dauci, | |
| Acori, | |
| Baccarum Lauri decorticarum, | |
| Caſtorei | |

Mellis deſpumati ——————— q. ſ.

*Trita omnia ſecundum artem cum Melle permiſceantur, & fiat Confectio.*

Utilis eſt ad corrigendas intemperies frigidas ventris inferioris, ad diſcutiendos flatus, attenuandos craſſos, & lentos humores. Confert maximè in dolore colico à cauſa frigida ortum habente. Doſis à ʒ j. ad iij. vel in maiori quantitate ſi per clyſterem [illegible]. *Vires, & uſus*

Fundación Uriach

## MICLETA NICOLAI.

℞ Mirabolanorum citrinorum, —
Indorum, &
Chebulorum omnium toſtorum — } an ʒ ij. ſ.

Myrabolanorum Belliricorum, & Emblicorum etiam torrefactorum } añ. ʒ ij.

Cumini,
Aniſi,
Ammeos,
Carui } añ. ʒ j. ſs.

*Hæc omnia craſſiuſculè terantur, mox viginti quatuor horis in Aceto macerentur, poſtea aſſata in ſubtiliorem pulverem redigantur ſubſequentia adiungendo.*

Naſturcij
Balauſtriarum,
Rhois Obſoniorum ideſt pulpę Sumach,
Maſtiches,
Gummi Arabici } añ. ʒ j. & gr. xv.

*Omnia ex Oleo Roſato fricata, commiſtaque Syrupo Myrtino excipiantur, & fiat Confectio.*

*Vires, & uſus* Confectio vehementer adſtringens eſt. Valet in dyſenteria, & dyarrhea, ubi fluxus contumax eſſe ſolet. Commēdatur ſimiliter in ſputo ſanguinis: & alijs ſanguinis excretionibus, quibus in affectibus, tentatis priùs alijs levioribus remedijs, ea utimur a ʒ j. uſque ad ʒ ij. Solet frequenter cum clyſteribus permiſceri.

## *CONFECTIO ANACARDINA Meſues.*

℞ Piperis nigri, &
longi,
Mirabolanorum Chebulorum,
Emblicorum,
Belliricorum, &
Indorum
Ium de Beduſt, hoc eſt Caſtorei } añ. ʒ ij.

Fundación Uriach

Co.

| | |
|---|---|
| Coſti, | añ. ℥ vj. |
| Anacardiorum præparatorum, | |
| Sacchari optimi, | |
| Burungi, hoc eſt Apiaſtri Dioſc. | |
| Baccarum Lauri | |
| Cyperi | ℥ iiij. |
| Butyri Vaccini recentis ſine ſale, | añ. q.ſ. |
| Mellis | |

*Deſpumetur Mel, & quando refrigerari cœperit permiſceatur exactè Butyrum, deinde Anacardia per ſe trita, & reliqua ſimplicia in tenuiſsimum pulverem redacta illis excipiantur, & fiat Confectio.*

Præparationem Anacardiorum habemus ex Arnaldo de Vilanova Medico Catalano lib. 1. Breviarij, cap. 28. his verbis: *Accipiantur Anacardia, optimè terantur in mortario, & infundantur in Acetum acerrimum per ſeptem dies; poſtea lento igne coquantur, ad abſumptionem duarum partium Aceti, & fex illa quæ in fundo vaſis reperitur, ſunt Anacardia præparata.* Poſtmodum explicans modum faciendi Mel Anacardinum ſic ait: *Si Mel Anacardinum facere volueris, pone cum ipſis Anacardijs in Aceto coctis tantundem Mellis deſpumati, & bulliant ambo ſimul ad Mellis ſpiſsitudinem.* *Annotatio.* *Mel anacardinum.*

Verum circa intelligentiam prædictorum verborum Arnaldi, & exactam Anacardiorum præparationem controverſum iam olim fuit, an rejecto aceto, ſubſtantia illa, colatione facta, in panno remanens ſint Anacardia præparata, an vero ſubſtantia illa colata reſidens in vaſe. Rei veritate inſpecta firmiter ſtatuendū eſt Anacardia præparata eſſe ſubſtantiam illam reſinoſam in aceto dilutam, & colo transfuſam, & poſtea per vaporationem calore ignis, vel ſolis, abſumpto aceto, exſiccatam, ſicque permiſcendam eſſe in confectione; hoc enim modo corrigitur malignitas, aut intenſa caliditas Anacardiorum, & conſervatur optima, & optata illorum virtus. Quod ſanè dictat ratio, docentque ferè omnes Artis peritiſsimi viri, & præſertim [illegible] Animad. ad Pharm. Auguſtanam Claſ. 10. pag. 404. dicens: *Tota Anacardia cum aceto coquere, acetum, cui omnis vis, & efficacia [illegible] ineſt, per colaturam ab ipſis ſeparare, ac remanentiam viribus exutam pro ſubſtantia Anacardiorum præparata venditare, id ſanè ſummæ ſtupiditatis, & dementiæ præbet inditium: proinde qui Anacardia in poſterum dextrè præparare ſatagit, ille dictum noſtrum amplectatur modum, & linquat haſce nugas, rerumque deſtructiones.*

Fundación Uriach

*Vires, & uſus* Commendatur Anacardina Confectio ad corrigendas intemperies frigidas, & humidas, potiſſimum cerebri; ideoque utiliſſima iudicatur in apoplexia, & paralyſi. Celebratur autem ut præſtantiſſimum remedium ad firmandam, & recuperandam memoriam: Omnes ſenſus iuvat, ſanguinem, & ſpiritus puriores reddit, atque vividum corpori colorem tribuit. Ea tamen uti non debemus, niſi peractis ſex menſibus poſt eius confecturam, ut eo ſpacio temporis fermentatione infringantur, & corrigantur acrium medicamentorum vires. Doſis eſt ab ℈ ij. ad iiij.

## *DIASATTRION NICOLAI.*

℞ Radicum Satyrij recentium,
Eringij,
Paſtinacæ ſativæ,
Nucis Indicæ,
Pinearum,
Piſtachiorum — } añ. ℥ xij.

Caryopyllorum,
Zingiberis,
Seminis Fraxini, ſeu linguæ Avis,
Aniſi,
Erucæ — } añ. ℥ v.

Cinnamomi,
Caudarum, & Lumborum Scincorum,
Seminis Bulbi, aut Cœpæ, vel
Vrticæ — } añ. ℥ ij. ſs.

Moſchi — gr. vij.

Mellis deſpumati — q. ſ.

*Ex arte omnibus paratis [illegible] Confectio.*

Fundación Uriach

*Vires, & uſus* Hæc Confectio renum, & veſicæ imbecillitatem à frigida cauſa provenientem emendat, ſemen auget, & venerem excitat, generationique idoneum medicamentum eſt, debiles enim, ac veluti emortuas genitalium partium facultates erigit, & remorantem urinam propellit. Doſis à ʒ iij. uſque ad vj.

## DIACYDONIUM NICOLAI.

℞ Carnis Cydoniorum in aqua coctæ,
& cribro traiectæ — Lib. iij.
Mellis deſpumati — Lib. iij.

*Simul ex arte ad opportunam conſiſtentiam coque, poſtea ab igne amove, & adhuc tepenti miſtura, quæ ſequuntur in tenuiſſimum redacta pulverem artificioſè admiſce*

Cinnamomi — ℥j.ſs.
Zingiberis — ℥j.
Piperis, Galangæ — añ. ℥ſs.
Caryophyllorum, Nucis Moſchatæ — añ. ʒiij.
Spicæ Nardi, Ligni Aloës, Macis, Cardamomi — añ. ʒij.
Zedoariæ — ʒj.

*Et fiat Confectio. Quam ſolutivam reddes, ſi unicuique libræ illius Diagridij unciam ſemiſſem addideris.*

Valet hæc Confectio in affectibus frigidis ad viſcera roborandа. Ventriculum potiſſimum firmat, & in lyenteria idoneum auxilium eſt. Doſis eſt à ʒj. ad ij. Si verò cum Diagridio confecta fuerit, valet ad purgandum humorem bilioſum, & pituitoſum, in eadem quantitate. *Vires, & uſus*

Fundación Uriach

## *CONFECTIO EX CHALYBE PAULI Zacchiæ ex Antid. Mediol.*

℞ Limaturæ Chalybis præparatæ — ℥j.

Pul-

Pulveris Aromatici roſati, & } an. ʒj.
Diarrhodon Abbatis }
Foliorum Senæ orientalis pulverizatæ — ʒ vj.
Pulveris Seminum Aniſorum — ℈ iij.
Syrupi de corticibus Citri — q. ſ.
*Miſce, & ex arte fiat Confectio.*

*Vires, & uſus* Eſt utilis, & efficax ad quaſcumque viſcerum cavitatis naturalis obſtructiones aperiendas. Partes roborat, flatus diſcutit, excrementitios humores abſtergit, & alvum blande movet. Doſis erit a ʒ iij. uſque ad ℥ſs.

## *DIANISUM MESUES.*

℞ Aniſi — ʒ x.
Glycyrrhizæ, } an. ʒ iij.
Maſtiches }
Seminis Carui, }
Fœniculi, }
Macis, } an. ʒij. ſs.
Galangæ, }
Zingiberis, }
Cinnamomi }
Piperis longi, }
Nigri, }
Albi, } an. ʒ. j.
Calaminthæ, }
Pyrethri, }
Caſsiæ ligneæ }
Heil, hoc eſt Cardamomi majoris, }
Caryophyllorum, }
Cubebarum, } an. ℈ ij. & gr. v.
Spicæ, }
Croci }

Sac-

Fundación Uriach

Sacchari optimi ——————— ℥ j.
Mellis deſpumati ——————— q. ſ.
*Miſce, & ex arte paretur Confectio.*

Commendatur in affectibus á cauſa frigida, & humida ſubortis, & potiſſimum in frigidis, & humidis intemperiebus ventriculi, cerebri, & uteri, quas partes roborat, & flatus potenter diſſipat. Doſis eſt à ʒ ſ. *ad* ʒ j. ſ. *Vires, & uſus*

# DE CONFECTIONIBVS ANTIDOTALIBVS NARCOTICIS, SEV OPIATIS.

## *THERIACA MAGNA, ANDROMACHI Senioris.*

℞ Trochiſcorum Scilliticorum ——— ʒ xlviij.
Trochiſcorum de Viperis, ——
Piperis longi,
Succi Papaveris, ideſt Opij,
Hedychroi Magmatis ——— } añ. ʒ xxiiij.
Roſarum rubrarum ſiccarum, ———
Iridis Illiricæ, & in eius defectu, Florentinæ,
Succi Glycyrrhizæ,
Seminis Bunyadis dulcis, ideſt Napi ſativi,
Scordij cretici, nempè veri Dioſcor.
Opobalſami Aſſyrij, vel ex India Occidentali adducti,
Cinnamomi, vel Canellæ electiſsimæ,
Agarici ——— } añ. ʒ xij.

Mir-

Fundación Uriach

Mirrhæ electiſsimæ,
Coſti, vel Zedoariæ, aut dupli radicis
Angelicæ,
Croci,
Caſsiæ lignëæ aromaticæ,
Nardi Indicæ,
Sumitatum Schenanthi,
Thuris,
Piperis albi,
Piperis nigri,
Dictamni Cretici electi, } añ. ʒ vj.
Praſij,
Rhapontici, vel Rhabarbari electi,
Sthecadis,
Petroſelini,
Calaminthæ,
Therebinthinæ verę, vel Abietinæ
electiſsimæ,
Zingiberis,
Radicum Pentaphyli,

Polij,
Ivæ arteticæ,
Styracis,
Mei,
Amomi, vel Calami aromatici,
aut Caryophillorum,
Nardi Gallicæ,
Rubricæ Lemniæ, vel Boli Armeni,
aut Coralli rubri præparati,
Phu pontici,
Sem. Chamedryos Cretenſis,
Folij Malabathri, & in eius defectu Spi- } añ. ʒ iiij.
cæ Nardi, vel Macis,

Cal-

Fundación Uriach

Calcitidis toſtæ, vel Calcanthi uſti,
Radicis Gentianæ,
Aniſi,
Succi Hypociſtidis,
Carpobalſami, vel Cubebarum,
Gummi Arabici,
Seminis Fœniculi,
Cardamomi,
Seſelis,
Acaciæ, vel ſucci ex folijs Lentiſci expreſsi, & inſpiſſati,
Thlaſpis,
Hyperici,
Ammi, vel Cumini,
Sagapeni
Caſtorei,
Ariſtolochiæ tenuis,
Seminis Dauci,
Aſphalti,
Opoponacis,
Centaurei,
Galbani — an. ℨ ij.

Vini Falerni, vel Malvatici optimi, & antiqui — q. ſ.
Mellis Attici, vel optimi — q. ſ.

*Poſt exactum ſimplicium medicamentorum delectum, Radices, Fructus Herbæ, Flores, Semina, Paſtilli, & reliqua ſimplicia ſicca, & friabilia in æneo mortario cum ferreo piſtillo diligentiſsime terantur, & per anguſtum cribum ſubtiliſsimè tranſmittantur, exceptis vero Seminibus Tholapſis, Napi, & Croco, quæ propter ſui tenacitatem vaſi inhærentem, in alio*

P *mor-*

*mortario per ſe teri, vinoque ſuper infuſo diſſolvi debent. Succi autem omnes concreti, ut Opium, Gummi, & cætera, quæ ob humiditatem, & lentorem difficulter contunduntur, vino etiam diſſolvenda, & leviganda ſunt. Quo tempore autem rerum omnium mixtura facienda eſt, tunc Terebenthina in duplici vaſe cum modico Mellis crudi primùm liquefiat poſtmodum Styrax, & Galbanum priùs exactè confracta, pauculo etiam Melle inſtillato liqueſcant, deinde in duplici vaſe cum Terebenthina coquantur, quibus pars aliqua ſimplicium ſiccorum, & contritorum, & vino etiam infuſorũ admiſceatur, quouſque iuſtam ſpiſſitudinem conſequantur. Poſtea in mortarium magnum cuncta tranſponantur, exactèque permiſceantur, ſenſimque per portiones reliqui pulveres Melle vino deſpumato excipiantur, & denique liquores diluti addantur, & iuxta cæteras artis leges componatur Confectio. Circa quantitatem vini, & Mellis non omnes concordant: Andromachus iunior referente Gal. 1. de Antid. vini ℨ cccxx. accipit, Mellis verò ℨ Dcccclx. recipit, quod ſi fieri poteſt, obſervare oportet.*

*Annotatio.* Hortamur Pharmacopœos, ut quotieſcunque hanc magnam Confectionem paraturi ſunt, conſulant Galenum, attentèque perlegant caput 15. lib. 1. de Antidotis, ubi latè, & exactiſſimè modũ conficiendi hanc Theriacam pertractat. Ex quo textu ſupradicta ſummatim tranſcripſimus, deficientibus plurimis aliis obſervandis, quæ ibi inveniri poterunt.

*Vires, & uſus* Nobilis, & antiqua hæc theriacalis Confectio polychreſtum medicamentum eſt, multiplicis nempe uſus, & veluti Panacea ad morbos fere omnes ſanandos; ſecuriſſimum tamen, & expertiſſimum adverſus maxima mala alexiterium. Malignis, ac venenatis qualitatibus potenter reſiſtit. In peſtilentibus conſtitutionibus præſtantiſſimum antidotum eſt. Venenum ex ferarum ictu, morſuve canis rabidi illatum, parti applicata, exhaurit. Adhæc in quibuſcumque morbis frigi-

dis

Fundación Uriach

dis prodeſt, dolores diuturnos, vertigines, graves auditus, hebetudinem oculorum, comitialem morbum, paralyſim, & convulſionem ſanat. Ventriculum, & cor maxime roborat, animi deliquijs, & palpitationibus prompte ſuccurrit, flatus diſſipat, inteſtinorum cruciatus ſedat, vermes interficit, lapides renum deterit, uteri ſtrangulatus, & dolores mitigat, atque menſes provocat. Rigores itidem febrium, maximé quartanarum corrigit. Hos, & alios plures effectus præſtat, ſi cum vehiculo, vel idoneo medicamento parti affectę proprio exhibeatur. Uſus illius eſt poſt ſex menſes factæ, à ʒ ſs. ad ʒ j. ſs.

## *HEDYCHROI MAGMATIS*
### *Compoſitio.*

℞ Mari, vel Siſymbrij Dioſcor. —
Aſari, } añ. ʒ ij.
Amaraci, vel Matricarię —
Aſpalathi, vel ſem. Viticis, ſeu Santali citrini,
Iunci odorati,
Calami aromatici, vel Acori,
Phu pontici, añ. ʒ iij.
Xilobalſami, vel ligni Aloës,
Opobalſami,
Cinnamomi,
Coſti —
Mirrhæ, —
Folij Malabathri,
Nardi Indicæ, añ. ʒ vj.
Croci,
Caſsiæ —
Amomi — ʒ j.
Maſtiches — ʒ j.
Vini Falerni, vel Malvatici generoſi — q. ſ.
*Ex arte forma Paſtillos.*

Fundación Uriach

*Annotatio.* Trochiſci Hedychroi, Scillitici, & Viperini hoc in loco deſcribuntur, quia non niſi Theriacæ conficiendæ cauſa parari ſolent. Hedychroi ita appellantur ab Auctore qui primus compoſuit Hedychroius dictus.

## *PASTILLORUM SCILLITICORUM Compoſitio ex Gal. lib. 1. de Antid. cap. 9.*

℞ Scillæ aſſatæ ——— *partes tres, e. g.* — Lib. j.
Farinæ candidæ Erui *partes duas, ut* — ℥ viij.

*Scilla ſucculenta, ubi folia, & ſcapus iam penitus exaruerunt, collecta, cortice detracto, paſta triticea probè ſubacta involvatur, deinde ſub cineribus calidis, aut in furno coquatur donec maſſa induruerit, aut in cruſtā abierit, & ſcilla ſatis cocta, mollis & tenera evaſerit. Deinde à pane ſeparata, in mortario diligenter atteratur, & addantur farinæ Erui candidæ, tenuiſſimæ, & cribratæ duæ partes ad tres Scillæ, quibus omnibus probè ſubactis fiat maſſa pro formandis Paſtillis in umbra exſiccandis.*

## *PASTILLI EX VIPERIS.*

℞ Carnis Viperarum optimè præparatæ ——— q. v. — e. g. — ℥ viij.
Panis triticei, albiſsimi, exſiccati, & in pulverem ſubtiliſsimmum redacti q. ſ. e. gr. quartam partem, ideſt ——— ℥ ij.

*Miſce, & ex arte fac Paſtillos.*

Fundación Uriach

*Annotatio.* Ad formandos viperinos Paſtillos capiendæ ſunt Viperę ex montanis locis, non maritimis, ac paludoſis, verè finiente, vel ſi ver hiemalis fuerit, ęſtate incipiente, non ſtatim cavernis egreſſæ adhuc ſiccæ, & extenuatæ, ſed quando cibo conſueto, & aëre calente recreatæ iam

fue-

fuerint. Eligendæ ſunt fœminę, rejectis maribus, non tamen prægnantes, quibus magna utilis ſubſtantiæ portio pro alendis fœtibus neceſſario abſumpta eſt.

Diſcernitur autem mas à fœmina Vipera, quoniam mas caput habet anguſtum, & acutum, collum craſſius, truncum verò corporis tenuiorem quam fœmina: paulatim illi cauda ritu aliorum Serpentium graciliſcit, non tamen acervatim, ut fœminæ: ſquamis circa extremitatem aſperioribus tegitur, quas ira percita erigit. Meatus excrementorum in cauda eſt ventri propinquior: canini dentes illi duo, fœminis quatuor. Galenus fœminas ſubflavi coloris, admodum agiles, collum maximè porrigentes, oculis ſubrubentibus inverecundis, & ferini intuitus deſcribit. Alias adducit notas Aetius lib. 13. cap. 90.

Recenter igitur captis Viperis, & non diu aſſervatis, caput, & cauda, tanquam partes plus venenoſæ, & duriores abſcindantur utrobique ad quatuor digitorum menſuram. Quę verò poſt harum partiũ amputationem irrequieto motu non agitantur, aut ſanguinem non effundunt, ſed ſtatim immotæ, & exangues ſuccumbunt, rejiciantur ut inutiles. Utiles autem, ac modo dicto mutilatæ excoriari, eviſcerari, pinguedineque mundari debent: poſtea limpida aqua probè abluantur, & in olla idonea, & nitida cum aqua pura ſufficienti, addito pauco Sale, & Anetho viridi coquantur donec à carnibus faciliſſime ſpinæ extrahi poſſint; ſit vero ignis fumi expers, luculentus, ſed non violentus. Tum caro ab ſpinis exquiſite mundata, & ab illis expreſſa in pila lapidea cum ligneo piſtillo exacte teratur, cui inter terendum panis albiſsimi perfecte cocti, & exſiccati, atque ſubtiliſſime pulverati parum admiſceatur, quantum ſcilicet ad conterendum carnes, & formandos Trochiſcos ſatis tantummodo videatur. Galenus lib. 1. de Antid. cap. 8 quartam partem admiſcebat, hoc eſt quatuor partibus viperinarum carnium unam panis partem ſuperaddebat; aliquoties verò quintam, videlicet acceptis quinque partibus Carnis, & una panis. Conſuetudo autem apud Pharmacopolas ferè omnes eſt, quartam panis partem adjicere, ſicque obſervatum fuit ab antiquioribus, & recentioribus noſtris Pharmacopœis; quo minor enim fuerit panis quantitas efficaciores, & utiliores erunt Paſtilli pro confectura Theriacæ.

Triturata iam carne, panique commixta, & exactè ſubacta fiet paſta, ſeu maſſa, ex qua formabuntur Orbiculi [illegible]ſamo inunctis manibus leviter utrinque oblinire oportet, eoſque in loco ſicco, ſed non ſoli expoſito reponere, frequenterque ipſos vertere, ut inæqualiter utraque ex parte exſiccentur, ac denique in vaſe idoneo ſervare.

Fundación Uriach

## *MITHRIDATUM DAMOCRATIS.*

℞ Myrrhæ Arabicæ Troglodyticæ,-
Croci,
Agarici,
Zingiberis,
Cinnamomi,
Spicæ Nardi,
Thuris,
Sem. Thlapſis —————— } añ. ʒ x.

Seſelis,——————————
Opobalſami,
Iunci odorati,
Sthecadis,
Coſti,
Galbani,
Terebenthinæ,
Piperis longi,
Caſtorei,
Succi Hypociſtidis,
Styracis,
Opoponacis,
Folij Malabathri-—————— } añ. ʒ viij.

Caſsiæ, ideſt Cannellæ, -—————
Polij,
Piperis albi,
Scordij,
Seminis Dauci,
Carpobalſami,
Cyphi,
Bdellij —————————— } añ. vij.

Fundación Uriach

Nar-

Nardi Celticæ, ——————————
Gummi,
Sem. Petroſelini,
Opij, } aň. ℨ v. *boni ponderis.*
Cardamomi,
Sem. Fæniculi,
Gentianæ,
Roſarum, ————-
Dictamni cretici ——————————
Aniſi, ——————————————
Aſari,
Iridis Illiricæ, aut Ariſtolochiæ rotũdę, } aň. ℨ iij.
Acori,
Phu,
Sagapeni ——————————
Mei, ——————————————
Acaciæ, } aň. ℨ ij. ſs.
Ventris Scinci,
Seminis Hyperici ——————————
Vini ———————————————— q. ſ.
Mellis deſpumati —————————— q. ſ.

*Fiat Confectio eadem arte paranda, qua Theriaca magna præſcripta.*

Celeberrima hæc Confectio ab eius Inventore Mithridate Ponti, & Bohemiæ Rege nomen, & famam accepit. Cum enim generoſus, adſimulque eruditus Monarcha, rei Medicæ cognitionem haberet, adverſus venena, à quibus maxime ſibi metuebat, hanc ſaluberrimam compoſuit Antidotum, cuius longo uſu ab omni deleteria, & virulenta qualitate vixit immunis. Quare illius facultates æquales Andromachi Theriacæ viribus adverſus venena, & peſtiferos morbos iudicantur. Commendatur etiam ad eoſdem conſequendos effectus, ad quos ipſa Theriaca magna valet; potiſſimum tamen prodeſt ad menſes movendos. Datur à ʒ ſs. ad ʒ ij. *Annotatio.* *Vires, & uſus*

CT-

## CYPHI COMPOSITIO.

℞ Pulpæ Vvarum paſſarum cribro trajectæ, }
Terebenthinæ uſtæ }  an. ʒxxiiij.
Mirrhæ, }
Iunci odorati }  an. ʒ xij.
Calami aromatici  ʒviiij.
Cinnamomi,  ʒ iiij.
Bdellij, }
Spicæ Nardi, }
Caſsiæ, }
Cyperi, }
Baccarum Iuniperi magnarum, & pinguium }  an. ʒ iij.
Aſpalathi, & eius loco ligni Aloës  ʒij. ſs.
Croci  ʒj.
Vini  parum.
Mellis deſpumati  q.ſ.

*Ex arte formentur Trochiſci.*

*Modum urendi Terebenthinam docet Aëtius lib. 13. cap. 99. ſic: Terebenthinam in ollam conijce, & triplum, aut etiam amplius aquæ infunde, & ad ignem nihil omnino movendo coque, ubi abſumpta aqua fuerit, & Terebenthina invalida ita reddita, & attenuata, ut confringi digitis poſsit, ab igne amove, & in Antidoti Confectionem aſſume. Si vero conſumpta aqua mollior adhuc apparuerit, aqua addita rurſus eam coques, donec friabilis reddatur.*

Fundación Uriach

*Annotatio.* Hæc compoſicio, quam ex Ruſo retulit Damocrates, ex lib. 2. de Antidotis Galeni tranſcripta eſt. Cyphi dicitur, ideſt ſuffimentum, vel odoramentum, quia multis odoriferis conſtat medicamentis. Eius uſus nunc ſolum eſt pro compoſitione Mithridati.

TRI-

## *TRIPHERA MAGNA NICOLAI Salernitani.*

℞ Opij — ʒ ij.

Caſtorei,
Cinnamomi,
Caryophyllorum,
Galangæ,
Spicæ,
Zedoariæ,
Zingiberis,
Coſti,
Styracis calamitæ,
Calami aromatici,
Cyperi,
Iridis Illyricæ,
Peucedini,
Acori,
Mandragoræ,
Nardi Celticæ,
Roſarum,
Piperis,
Seminum Aniſi,
Apij,
Petroſeleni Macedonici,
Fœniculi,
Dauci,
Hyoſciami
Cumini,
Ocimi — } ań. ʒ j.

Mellis deſpumati — q. ſ.



Fundación Uriach

*Miſce exactiſsimè, & fiat Confectio. Quæ ſine Opio etiam parari ſolet.*

*Vires, & uſus* Triphera nuncupatur hæc Confectio, hoc eſt delicata, quod corporis vividum colorem reddat, oris gratum commendet odorem, & delicatam quandam commendabilis ſpeciei oſtentationem præſeferat, & ut cætera coſmetica ad ornatum faciat. Hodie raro á Medicis præſcribitur, licèt apud Obſtetrices frequens illius ſit uſus in uterinis affectibus: quibus ſanè prodeſt ſi á frigida cauſa ortum habuerint: flatus diſcutit, menſes provocat, & vterum roborat, quos tamen effectus meliùs præſtare valet ſi abſque opio componatur. Doſis cum Opio á ʒ ſs. ad ʒ j. & ſine opio ad ij.

## *PHILONIVM MAGNVM, SEV Romanum Nicolai.*

| | |
|---|---|
| ℞ Piperis albi | ań. ʒ v. |
| Seminis Hyoſcyami albi | |
| Opij | ʒ ij. ſs. |
| Caſsiæ Ligneæ | ʒ j. ſs. |
| Seminum Apij, | |
| Euphorbij, | ań. ʒ j. |
| Mirrhæ, | |
| Caſtorei | |
| Croci | ʒ ſs. |
| Seminum Petroſelini, | |
| Fæniculi, | ań. ℈ ij. & gr. v. |
| Dauci cretici | |
| Spicæ Nardi, | |
| Zedoariæ, | ań. gr. xv. |
| Pyrethri | |
| Mellis optimi deſpumati | q. ſ. |

*Omnia exactiſsimè tere, miſce, & ſecundum artem fac Confectionem.*

Hoc

Fundación Uriach

Hoc medicamentum á Philone Medico Romano eius Inventore nomen accepit;cuius variæ ſunt deſcriptiones ; hæc tamen Nicolai apud plurimos, ut melior accepta eſt. Valde narcotica eſt Confectio iſta propter Opium, & Hyoſcyamum, etſi à plurimis alijs ingredientibus correcta. Miruminmodum dolores internos ſedat, & ſomnum inducit.Cruciatus colici doloris, & nephritici compeſcit:nauſeabundis mirificè prodeſt, pariter, & ſingultuoſis, atque ſanguinis fluxum ſiſtit.Pro varijs ſcopis variè,& cũ diverſis liquoribus diluitur, & propinatur. Cauté exhibenda, & ſolum quando alia leviora remedia non proſunt.Datur ab ℈ j.ad ʒ j.pro ſumentis ætate,& viribus ægrotantis. *Vires, & uſus*

## *PHILONIVM PERSICVM Avicennæ.*

| | |
|---|---|
| ℞ Piperis albi, Sem.Hyoſcyami albi | añ. ʒ x. |
| Opij, Terræ Sigillatæ | añ. ʒ v. |
| Croci | ʒ ij. ſs. |
| Euphorbij, Spicæ, Pyrethri | añ. ʒ j. |
| Caſtorei | ʒ ſs. |
| Zedoariæ, Doronici,ut in Diambra, Margaritarum non perfotarum, Moſchi | añ. gr. xv. |
| Camphoræ | gr. vij. |
| Mellis deſpumati | q. ſ. |

*Fiat ex arte Confectio.*

Ad ſedandos dolores, & conſiliandum ſomnum æquales habet vires cum Philonio Romano:ſed ſpecialiter valet ad ſiſtendum quoſcunque ſanguinis fluxus, ubi mitiora remedia non proſunt, ob ſtringentia medicamenta, & incraſſantia,quibus conſtat. Commendatur itaque in ſputo ſanguinis,in dyſenterijs,& dyarrheis contumacibus,ac omni muliebri profluvio.Doſis,ut in ſuperiori. *Vires, & uſus*

Fundación Uriach

## *LAVDANVM OPIATVM SENNERTI iuxta formam Pharm. Lugd.*

℞ Opij Thebaici ſ.a. purificati ——— ℥j.
Spiritus vini rectificatiſsimi, ut affuſus
tribus digitis ſupereemineat ——— q.ſ.

*Stent unà, per dies xiiij. ſæpiùs agitando. Poſtmodum quod clarum eſt ſeorſim affundatur, & ſpiritus vini lento calore ſeparetur ad ſyrupi liquidioris conſiſtentiam. Interim verò infundantur ſeorſim in ſpiritu vini per dies itidem xiiij.*

Specierum Diambræ ——— ℥ij.

*Poſtea tinctura clara ſeparetur, cuius dimidium affundatur Extracto Opij, una cum*

Succi Citri recentis defecati ——— ℥j.

*Maneantque ſimul in digeſtione, ſeu calore tepido per dies xx. ſæpiùs agitando. Vbi verò maxima pars Spiritus vini exhalarit, tum adde*

Extracti Caſtorei, ———
Solutionis Corallorum, & } añ. ʒſ.
Margaritarum ———

*Mox affunde ipſi reliquam medietatẽ Tincturæ ſpecierum Diambræ, tumque lento igne ſpiritus vini exhalare permittatur, adijciendo ſub finem*

Oleorum Caryophillorum, ———
Cinnamomi, & } añ. gut. vj.
Citri ———

*Fiat ex omnibus Maſſa inſtar Extracti, cuius media tantum parti admiſce*

Eſſentiæ Croci ——— ℈ſ.

Ambræ griſeæ, ——— } añ. gr. vj.
Moſchi ———

Re-

Fundación Uriach

*Reliqua verò Extracti medietas abſque iſtis ſervetur, fœminei ſexus uſibus deſtinata.*

## *OPII CORRECTIO, ET PRÆPARATIO.*

*Cultro non nihil calente ſcindatur Opium in tenues taleolas, ferreæ laminæ calidiuſculæ imponendas, ſed ſubinde invertendas, ne adurantur, aut æquo citiùs exſiccentur. Siccatæ in pulverem reducantur, qui diſſolvatur in exigua copia calentis aquæ, ſpiritus ſulfuris, aut vitrioli paucis guttis acuatæ. Maneant ſimul in fictili vitreato per horas tres, aut quatuor ad calorem moderatum. Poſtea per linteum denſius calidè percolentur. Expreſſum in aliud fictile vitreatum fundo latiore præditum effundatur, tandemque ad vaporem aquæ calentis exhalare permittatur, donec in pulverem denuò redigi poſſit.*

## *LAVDANVM OPIATVM, SEV Nepenthes Quercetani.*

℞ Eſſentiæ Opij ——— ℥ ij.
Eſſentiæ Croci ——— ℥ j.
Margaritarum Orientalium præparatarum, ——— } an. ʒ j. ſ.
Magiſterij Hyacinthorum,
Magiſterij Corallorum rubrorum ———
Terræ Sigillatæ veræ ——— ʒ [illegible]
Pul. Bezoar Orientalis veri, ——— } an. ℈ ij.
Vnicornu,
Ambræ griſeæ ———

*Miſce, & ex arte fiat Confectio.*

Lau-

Fundación Uriach

*Anno-tatio.* Laudanum dicitur hoc Medicamentum, inquit Quercetanus, quaſi dicas laudatum remedium. Idem appellavit Nepenthes Thomas Zuinguerus: quod pharmacum Helenæ fuiſſe dicitur, quo omnes è corde languores, & ægritudines ſuſtulit, & hilaritatem, lætitiamque induxit, ut legitur apud Homerum. Quod nomen Laudano iure optimo competere videtur propter magnos, & admirabiles quos præſtat effectus. Plurimæ autem apud recentiores inveniuntur eiuſmodi medicamenti formulæ; præſtantiores tamen, viſæ ſunt ſuprá deſcriptæ, quæ ſi a perito Artifice, & in operationibus chimicis inſtructo rite parentur, haudubié tutò, & fœliciter plurimos, & laudabilis effectus præſtare poterunt.

*Vires, & uſus* Confert Laudanum opiatum adverſus omnis generis dolores à quacunque cauſa ſubortos. Hemmorragiam, & omnem ſanguinis fluxum ſiſtit. Fluores ventris quoſcunque cohibet. In febribus ardentibus tranquillam quietem, & ſomnum conciliat, & phrenitidem prohibet. Solent ex hac Confectione formari Pilulæ. Doſis erit a duobus uſque ad quatuor grana.

## *REQUIES MAGNA NICOLAI*

℞ Florum Roſarum rubrarum, ——
Violarum —————— } añ. ℥ iij.

Opij, ——————
Seminum Hyoſtyami,
Papaveris albi,
Scariolæ,
Lactucæ,
Portulacæ,
Pſyllij,
Corticis radicis Mandragoræ,
Nucis Moſchatæ,
Cinnamomi,
Sacchari ——— } añ. ℥ j. ſs.

Santali albi, ———
Citrini,
Rubri,
Spodij,
Tragacacanthi ——— } añ. ℈ ij. & gr. v.

Cro-

Fundación Uriach

Croci ——————— ℨ ſs.
Mellis deſpumati ——————— q. ſ.
*Miſce exactè pro Confectione.*

Vim habet mitigandi quoſcumque dolores à cauſa calida ſubortos, ſiſtendique fluxiones, & evacuationes immoderatas. Eſtuantium febrium ardorem compeſcit, ſitim ſedat, deliria reprimit, ſomnum conciliat, & requiem inducit. Doſis ab ℈ j. ad ℨ j. *Vires, & uſus*

## *REQVIES PVERORVM EX OFFIC. Valentina.*

℞ Corticum Papaveris albi torrefact. ——— ℥ ij.
Coriandri præparati ——————— ℥ j.
Pulveris Diatragacanthi frigidi ——————— ℥ ſs.
Seminum Aniſi, ———————
Anethi,
Portulacæ ——————— } aā. ℨ iiij.
Cinnamomi, ———————
Coralli rubri præparati ——————— } aā. ℨ iij.
Mellis deſpumati ——————— Lib. ij
*Fiat Confectio.*

Optima eſt Confectio hæc ad incidendum, & extenuandum craſſos, & lentos humores, ad flatuſq; diſcutiendos, dolores mitigandos, & ſomnum conciliandum. Uſus illius eſt in affectibus frigidis cerebri, ventriculi, & inteſtinorum. Pueris familiare medicamentum eſt; quo fœliciter utuntur mulieres in pueris ob ingentem ventris dolorem fortiter plorantibus. Doſis ab ℈ j. ad ℨ j. *Vires, & uſus*

Fundación Uriach

# DE CONFECTIONIBUS LENITIVIS, ET PURGANTIBUS.

## *Pulpa, ſeu Medulla Caſſiæ fiſtularis quomodo extrahatur.*

℞ *Siliquas, ſeu Cannas Caſſiæ recentes, ponderoſas plenas, ut concuſſæ non reſonent, ſcinde, & aperi eas, contentam in eis medullam cum laminis, & ſeminibus ſuis diligenter excava, & detrahe, excerpta projice ſuper inverſum cribrum ex ſetis equinis constructum; hoc verò ori ollæ figulinæ vitreatæ impone; ſit autem olla ſemiplena aqua, & igni expoſita, ut vapor ab ea elevatus Caſſiam attingere poſſit: deinde adverſo cochlearis convexo medullam Caſſiæ hinc inde per cribrum ducito, ut paulatim medulla ſola, & libera à lignoſa ſubſtantia trajciatur, & quod penetraverit confeſtim ſubinde auferes, ne pluſquam deceat de aqueo vapore imbibat, idque tandiu fac donec quantum voles collegeris. Præſtat tamen recenter ſemper Caſſiæ medullam extrahere, & ubi neceſſitas poſtulat, nam diutius repoſita protinus aceſcit.*

## *Diacaſſia cum melle ad enemata parata.*

℞ Foliorum, & florum Violarum, —
Mercurialis, |



Fundación Uriach

Betæ, ——— } añ. M. j.
Parietariæ,
Malvæ ———
Abſinthij ——— M. ſs.
Seminum Aniſi ——— } añ. P. j.
Fœniculi ———
Aquæ fontanę, ——— Lib. iij.
*Coque ad medietatis conſumptionem, cola, & exprime, colaturæ adde*
Mellis ——— Lib. j.
*Coque ad oportunam conſiſtentiam interim deſpumando, tum adde*
Caſsiæ medullæ recenter extractæ ——— Lib. j.
*Miſce, & fiat Confectio. Quæ etiam Sacchauo rubro parari poterit.*

Alvum blandè movet, lenit, & clementer expurgat. Inteſtinorum, & aliarum vicinarum partium ardorem mitigat, & ſiccitatem emendat. Poteſt etiam per os aſſumi, ſed frequentior illius uſus eſt cum clyſteribus ad prædictos effectus præſtandos ab ℥ j. ad ij. *Vires, & uſus*

## *DIAPRVNVM, SIVE DIADAMASCEnum ſimplex Nicolai Myr.*

℞ Pruna damaſcena matura,
& recentia ——— N. C.
*Coquantur perfectè in ſufficienti Aquæ quantitate, poſtea ita cribro traijciantur, ut caro à cute, floris, & oſsibus exquiſitè ſecernantur, & per ſe [illegible]. Poſtea in reſiduo decoctionis adde*
Violarum ——— ℥ ſs.
*Facta levi ebullitione ab igne remove, mox adhuc tepidum cola, & in colatura diſſolve*



Fundación Uriach

Sacchari albi - — — — — — — Lib. ij.
Pulpæ prædictæ Prunorum. - — — — Lib. j.

*Iterum coque, perpetuò inſtrumento idoneo agitando, & inter coquendum, ubi ſcilicèt cœperint craſſeſcere, adiunge*

Pnlpæ Caſsiæ fiſtulæ, & — — —
Tamarindornm in ſupradicto de- } an. ℥j.
cocto extractæ — — —

*Remotis tandem ab igne tempeſtivè, nempè ubi refrigerari incœperint, infraſcripta in tenuiſsimum pulverem redacta excipiantur*

Santali albi, — — — —
Santali rubri,
Spodij ex Ebore, } an. ʒ iij.
Rhabarbari,
Cinnamomi - — — — —

Rosarum, — — — —
Violarum,
Seminum Portulacę,
Scariolæ, } an. ʒ ij.
Berberis,
Succi Glycyrrhizæ,
Gummi Tragacanthi — — —

Seminum Cucurbitæ,
Cucumeris, } an. ʒ j.
Citrulli,
Melonis mundatorum

*Et fiat Confectio.*

*Quod ſi volueris Diaprunum ſolutivum ſeu compoſitum (ut dicunt) reddere, unicuique libræ huius Confectionis ab igne amotæ adhuc calentis adde Diagridij unciam ſemiſſem, aut drachmes ſex.*

Dia-

Fundación Uriach

Diaprunum ſimplex optimum, & benignum medicamentum eſt ad lubricandum ventrem, blandeque purgandum humorem bilioſum. Hepatis, renum, veſicæ, & thoracis ardores emendat. In febribus fœliciter, opportuno tempore, exhibetur. Doſis, ſine diagridio, à ℥ iij. ad ℥ j. *Vires, & uſus*

## *DIACATHOLICON NICOLAI PRÆP.*

℞ Foliorum ſenæ mundatæ,
Pulpæ Caſsiæ recẽter extractæ, &
Tamarindorum — an. ℥ viij.

Polypodij quercini,
Rhabarbari electi
Violarum,
Sem. Aniſi — an. ℥ iiij.

Glycyrrhizæ raſæ,
Penidiarum,
Sacchari candi — an. ℥ ſ.

Seminum quatuor frigid. maiorum mundatorum — an. ℥ j.

*Pulverabilia artificioſè in pulverem mediocrem redige, & interim accipe*

Polipodij alterius recentis ex arte triti — Lib. j.

Aquæ fontis — q. ſ.

*Illud diutiſsimè coque, & abſoluta iuſta, & perfecta coctione, cola, & colaturæ adde*

Sacchari albi — Lib. viij.

*Ex arte Syrupum para, ante cuius abſolutam cocturam Caſsiam, & Tamarindos in parte decoctionis colata diſſoluta adde: tandem ſupradicta omnia pulverata miſce, & fac Confectionem.*

Fundación Uriach

Appellatur hoc medicamentum Diacatholicon, vel Catholicum, id eſt commune, & univerſale, an quia univerſos purgat humores, vel quia eoſdem ab univerſis corporis partibus trahat, & educat. Frequentiſsimus illius uſus eſt apud Medicos quoniam clementer, & *Vires, & uſus*

citra noxam quoſcumque purgat humores, & præcipuè bilem. Datur à ʒ iij. uſque ad vij. Quandoque etiam in maiori quantitate cum clyſteribus permiſceri ſolet.

## DIAPHENICON MESVES.

℞ Dactylorum Cheyron, ideſt fulvorum enucleat, in aceto per triduum maceratorum — ʒ C.
Penidiarum — ʒ I.
Amigdalarum dulcium mundat. — ʒ xxx.
Turbith optimi — ʒ xxxv.
Diagridij — ʒ xij.
Zingiberis,
Piperis longi,
Foliorum Rutæ ſiccorum,
Cinnamomi,
Macis,
Ligni Aloës,
Aniſi,
Fœniculi,
Dauci,
Galangæ — añ. ʒ ij. ſs.
Mellis deſpumati — q. ſ.

*Omnibus artificiosè tritis, & paratis, cum Mellis quadruplo ad ſpecies, fiat Confectio.*

*Vires, & uſus* Vim obtinet purgandi craſſos, & viſcidos humores, atque etiam bilem cum pituita permixtam, exhibetur in affectibus frigidis, & præcipue in dolore colico ex frigida cauſa nato. Item in longis febribus, vt tertianis nothis, & quotidianis. Doſis ʒ ij. ad ʒ ſs.

Fundación Uriach

## CONFECTIO HAMECH MESVES.

℞ Corticum Myrabulanorum citrinorum — ʒ iiij.

My-

Myrab. Chebulorum, &  
Indorum, } añ. ℥ij.  
Rhabarbari  
Agarici trochiſcati,  
Colocyntidis, } añ. ʒ xviij.  
Polipodij  
Abſinthij,  
Sumitatum Thimi, } añ. ℥j.  
Senæ  
Violarum — ʒ xv.  
Epithimi — ℥ij.  
Aniſi,  
Fœniculi, } añ. ʒ vj.  
Roſarum  
Succi fumariæ — Lib. j.  
Prunorum exoſſatorum — N lx.  
Vvarum paſſarum mundatarum — ℥vj.

*Omnia artificioſè contuſa infunde in ſufficienti quantitate ſeri lactis caprini probè defecati in vaſe vitreato anguſti orificij benè obturato, & ſine diebus quinque ita macerari, quibus exactis ad ignem uno, atque altero fervore coque, mox cola, & exprime. In parte vero colaturæ diſſolve*

Pulpæ caſsiæ mundæ — ℥iiij.  
Tamarindorum — ℥ v.  
Mannæ — ℥ij.

*Hæc ſimul optimè, & artificioſè miſceantur, quibus ita paratis, accipe*

Sacchari albi optimi —

*Et cum ſupradicto decocto colato coque ad craſsitudinem Mellis mediocris conſiſtentiæ, cui ſenſim Caſſia, Tamarindi, & Manna modo dicto diſpoſita exquiſitè permiſceantur, inſtrumento ligneo idoneo interim*

Fundación Uriach

terim

*terim agitando, tandemque ab igne extracta, ubi parum refrixerint, ſequentia in pulverem ex arte redacta admiſce*

Myrabolanorum citrinorum, }
Chebulorum, } an. ℥ vj.
Indorum }

Myrabolanorum Belliricorum, }
Emblicorum, }
Rhabarbari, } an. ʒ iij.
Seminis Fumariæ }

Spicæ, }
Aniſi } an. ʒ ij.

Diagridij ſeorſim in pulverem redacti ʒ j. ſs.

*Et fiat Confectio.*

*Vires, & uſus* Vim habet inſignem famoſa hæc Confectio ad utramque bilem, & pituitam ſalſam purgandum: propereaque morbis ab ijs ortis quammax mẽ confert. In ſcabie, elephanſiaſi, impetigine, pſora, & ſimilibus alijs fœdis, & cutaneis affectibus, educendo bilioſos, ſalſos, & aduſtos humores mirifice prodeſt: ob quam rationem utiliter in quartana præſcribitur. In lue venerea multoties fœlici cum ſucceſſu ea utimur, ſi prædicti humores peccaverint, vel aliqui ex enumeratis affectibus complicati fuerint, ſed non ideo quòd ſpecificè, & à tota ſubſtantia (ut dicitur) lui reſiſtat, ut vulgariter creditur; aliter enim quandoque purgandi ſunt lue illa infecti, habita ſcilicet ratione alterius humoris redundantis, naturæ ægrotantis &c. Doſis eſt à ʒ ij. ad iiij.

## *DIASENA NICOLAI.*

℞ Senæ ℥ iij.
Avellanarum toſtarum N. I.
Serici aſſati ʒ ij.
Lapidis Armeni præparati ʒ j.
Lapidis Lazuli præparati ʒ iij.
Sacchari ʒ ſs.
Cinnamomi ℥ j.

Car-

Fundación Uriach

Caryophyllorum,
Galangæ,
Piperis,
Spicæ,
Ocimi,
Foliorum Caryophyllorum, vel
Malabathri, } ań. ʒ ij.
Cardamomi,
Croci,
Zingiberis,
Zedoariæ,
Florum Roriſmarini,
Piperis longi
Mellis deſpumati — q. ſ.

*Omnia ſecundum artem parata miſce, & fac Confectionem.*

Humorem melancolicum potiſſimum purgat, atque ideo in affectibus ab eo natis confert, ut in melancolia, mania, quartana, & lienis affectibus. Doſis á ʒ iij. uſque ad ℥ j. *Vires, & uſus*

*CONFECTIO EX SVCCO ROSARVM Nicolai.*

℞ Succi Roſarum rubrarum, } ań. ℥ xvj.
Sacchari albiſsimi.
Santali rubri,
Albi, & } ʒ [illegible]
Citre.
Spodij — ʒ iij.
Diagridij — ʒ xij.
Camphoræ — ℈ j.

*Succum Roſarum cum Saccharo in Syrupi conſiſtentiam coque: poſtmodum Santala in tenuem pulverem re-*

Fundación Uriach

*redacta inſperge Camphora verò per ſe aliquot guttulis olei roſati teratur, illique dum teritur Spodium addatur, ſicque ſimul cum Diagridio ſeorſim trito prædictis poſtremò admiſceatur, ut ex arte fiat Confectio.*

*Vires, & uſus* Medicamentum iſtud cholagogum eſt, purgans ſcilicet humores bilioſos. Commendatur in ictero, cephalalgia, vertigine, ophtalmia, & communiter in omnibus affectibus calidis ab humoribus, ſeu ichoribus bilioſis originem ducentibus. Datur á ʒ ij. ad iiij.

## *CONFECTIO INDI MINORIS Meſues.*

℞ Turbith, Sacchari ——— añ. ʒ C.
Macis, Caryophyllorum, Piperis, Zingiberis, Cinnamomi, Cardamomi, Nucis moſchatæ ——— añ. ʒ vij.
Diagridij ——— ʒ xij.
Mellis deſpumat: ——— q. ſ.
*Fac ex arte Confectionem.*

*Vires, & uſus* Validè pituitam craſſam, & lentam expurgat, & à longinquis corporis partibus attrahit. Confert in arthritide, dolore colico, alijque affectibus frigidis ab humoribus, [illegible] ortum ducentibus. Doſis erit á ʒ ij. uſque ad iiij.

Fundación Uriach

## *CONFECTIO LENITIVA.*

℞ Polipodij quercini, Vvarum paſſarum enucleatarum, Senæ ——— añ. ʒ ij.

Adian-

Adianti nigri, ——————— }
Violarum, } an̄. P. j.
Hordei mundi ——————— }
Glycyrrhizæ ——————— ℥ ſs.
Iujubarum, ——————— }
Sebeſteu ——————— } an̄. N. xx.
Prunorum enucleatorum, ——— }
Tamarindorum ——————— } an̄. ℥ vj.
Foliorum Mercurialis ——————— M. j ſs.
Seminum Aniſi ——————— ℥ iiij.

*Hæc omnia artificiosè in ſufficienti quantitate aquæ coquantur, deinde colentur, in colatura poſtea diſſolvantur ſequentia,*

Pulpæ Caſsiæ, ——————— }
Tamarindorum, }
Prunorum, } an̄. ℥ vj.
Sacchari albiſsimi, }
Sacchari Violati ——————— }
Senæ pulveratę ——————— ℥ iij. ſs.

*Ex arte paretur Confectio.*

Confectio lenitiva ſic ab effectu dicta vim habet leniendi, emolliendi, & ſubducendi alvum. Humores, & excremẽta primæ regionis, & quoſcunque obvios blandè, & citra moleſtiam expurgat, præſertim pituitoſos, & melancolicos. Commendatur in affectibus pectoris, renum, & veſicæ. Doſis eſt ab ℥ ſs. ad ℥ j. *Vires, & uſus*

### BENEDICTA LAXATIVA, *Nicolai.*

℞ Turbith, ——————— }
Sacchari ——————— } an̄. ℥ x.
Diagridij, ——————— }
Hermodactylorum, } an̄. ℥ v.
Roſarum rubrarum ——————— }

Caryophillorum,
Spicæ,
Zingiberis,
Croci,
Saxifragiæ,
Piperis longi,
Amomi,
Cardamomi minoris,
Salis gemmæ,
Galangę,
Macis,
Seminum Apij,
Carui,
Fœniculi,
Aſparagi,
Ruſci,
Milij Solis
añ. ℥j.

Mellis — q. ſ.

*Turbith, & Hermodactyli effuſis aliquot Olei roſacei guttis ſimul craſſiuſcule terantur, Diagridium per ſe paulò craſſius, & per cribrum ex equinis ſetis cõſtructum tranſmittantur; reliqua verò ſimplicia ſubtiliter, & per ſetaceum ſericum trayciantur, quæ omnia cum Melle deſpumato, & ab igne remoto exactè permiſceantur, & ubi iam refrixerint, ultimò adyciatur Diagridium, ut fiat Confectio.*

Fundación Uriach

Valet ad expurgandos humores præſertim viſcidos, & pituitoſos, non ſolum ab inteſtinis, & tota prima corporis regione, ſed ab alijs
*Vires, & uſus* remotioribus partibus. Rarò per os exhibetur: frequentior uſus illius eſt pro enematibus, ſicque prodeſt quammaxime in dolore colico à cauſa frigida, & in omnibus cerebri frigidis affectibus, ut apoplexia, epilepſia, paralyſi, & ſimilibus. Datur per ſedem ab ℥ j. ad ij.

CON-

## CONFECTIO HIERÆ SIMPLICIS *Galeni.*

℞ Pulveris Hieræ ſimp. Gal. ———————— q. v.
Mellis deſpumati—— *triplum, vel quadruplum.*
*Miſce, & ex arte fiat Confectio.*

Eiuſdem uſus eſt, atqui Pulvis Hieræ ſ. Gal. ſoletque frequenter cum clyſteribus permiſceri cum Benedicta laxativa, & alijs. *Vires, & uſus*

## HIERA PICRA COMPOSITA

℞ Cinnamomi, ————————
Spicæ Nardi, ————————
Croci,
Schenanthi,
Aſari,
Caſsiæ ligneæ,
Xilobalſami,
Carpobalſami, ———————— an. ℥ *ſs.*
Violarum,
Abſinthij,
Epithymi,
Agarici,
Roſarum,
Turbith,
Colocynthidis,
Maſtiches ————————
Aloës ———————— *ad pondus omnium.*
Mellis ———————— q. ſ.

*Colocynthis per ſe ſubtiliter, reliqua verò craſsiori modo trita, & cribrata cum Melle deſpumato, & ferè refrigerato optimè permiſceantur, & fiat Confectio.*



Fundación Uriach

*Vires, & uſus*

Hæc Hiera efficacior eſt,& magis irritans,quam ſimplex ſupradicta Galeni, ut ex ſimplicibus ingredientibus quiſquis facilè cognoſcet. Ea utuntur Medici cum clyſteribus in eiſdem affectibus, ad quos valet Benedicta laxativa. Recipitur aliquoties ſolus illius pulvis ad formanda ſuppoſitoria.

## *HIERA LOGADION AETII.*

℞ Pulpæ Colocynthidis ———— ℥xx.
Scillæ, ————
Agarici,
Ammoniaci puriſsimi
Scammonij præparati, } añ. ℥x.
Corticis Ellebori nigri,
Hyperici ————
Epithymi, ————
Polipodij aridi,
Bdellij,
Aloës, } añ. ℥viij.
Chamædryos,
Marrubij,
Caſsiæ Ligneæ ————
Myrrhæ Trogloditicæ, ————
Piperis albi,
Nigri,
Longi,
Cinnamomi, } añ. ℥ iiij.
Croci,
Opoponacis,
Sagapeni,
Caſtorei,
Petroſelini,
Ariſtolochiæ ————
Mellis ———— q.ſ.

*Trita omnia artificioſè, & iuxta regulas ſuperius an-*

*no-*

Fundación Uriach

*notatas permiſceantur cum Melle deſpumato, & fiat Confectio.*

Uſus eius eſt cum enematibus in affectibus ab humoribus frigidis, craſſis, & lentis ortis. Utilis eſt in apoplexia, paralyſi, & ſimilibus morbis. Fortior, & efficacior eſt ſupradicta Hiera Nicolai. Pulveribus, ſeu ſpeciebus illius utuntur ſæpè Medici ad paranda ſuppoſitoria in prædictis morbis. *Vires, & uſus*

## *HIERA ARCHIGINIS EX PAVLO Ægineta.*

| | |
|---|---|
| ℞ Marrubij, Agarici, Chamedryos, Colocynthidis pulpæ, Sthecadis | añ. ℥ x. |
| Opoponacis, Sagapeni, Petroſelini, Ariſtolochiæ rotundæ, Piperis albi | añ. ℥ v. |
| Cinnamomi, Spicæ Nardi, Mirrhæ, Polij, Croci | añ. ℥ iiij. |
| Mellis deſpumati | q. ſ. |

*Quæ arida ſunt contundantur ſimul, & incernantur, Opoponax verò, Sagapenum, & Mirrha ſeorſum macerentur per noctem Mulſa in pila, deinde leviğetur, & ſicca cæteris ijs admiſceantur, & cum Melle excipiantur, & fiat Confectio.*

Huiuſmodi Confectione non ita frequenter utuntur Medici, niſi quandoque in clyſteribus ad incidẽdos craſſos, & pituitoſos humores, & ad diſcutiendos flatus. Utilis in dolore colico, apoplexia, & ſimilibus affectibus. *Vires, & uſus*



Fundación Uriach

# DE PILVLIS

*Nomẽ. Figura. Conſiſtẽtia.*

MEdicamenta, quæ Græcis Catapocia dicuntur, Latinis Pilulæ appellatæ ſunt à ſimilitudine parvæ pilæ; figuram etenim habent ſphericam globulorum inſtar, ut faciliùs in deglutitione per œſophagum dilabatur. Solidam conſiſtentiam obtinent, ut minus in ore diluantur, minuſque guſtu percipiatur inſuavitas, & amaritudo medicamentorum quorundam, quibus ut plurimum conſtant, ut Aloë, Agarico, Colocynthide, Opoponace, Sagapeno, & ſimilibus alijs acribus, amaris, & fœtidis. Tum ut diutiùs in ventriculo immorentur ad attrahendum á remotioribus partibus, neque ita citò, ut liquida, dejjciantur, aut ita facilè evomantur. Ad hos ergo fines ſolidæ, rotundæ, in parva quantitate, & ſæpiùs foliato auro extrinſecùs artificioſè velatæ parantur, ut minori moleſtia, & iucundiùs devorentur. Ad formandas verò pilulas, fit, & ſervatur in Officinis Maſſa formæ, & figuræ rotundæ, teretis, & oblongæ digiti medij longitudine (etſi ſub alia figura formari poteſt) quæ Magdaleon appellatur. Ad conficiendam autem Pilularum Maſſam debet ſimplicium miſcendorum maxima pars in pulverem comminui; quædam vero ut gummi, ſucci inſpiſſati, & ſimilia idoneo liquore, dein vel ſyrupo, vel melle, aut ſapa, vel alia liquida, & convenienti ſubſtantia excipi, ita ut viſcoſitatem quandam habeat ad recipiendos confuſos pulveres, ut commodiùs mixtura cohereat, & medicamentorum vires non ita promptè exhalent, ſed diutiùs conſerventur.

*Modus cõficiẽdi*

*Differentia*

Differentiæ Pilularum multæ ſunt; quædam enim adſtringentes ſunt, ſeu roborantes aliæ narcoticæ, quædam lenientes, & plurimæ purgantes. Rurſus reſpectu partium corporis, quibus deſtinantur aliæ dicuntur cephalicæ, aliæ opticæ, ſtomachicæ, &c. A diverſitate verò humorum, quos attrahunt, quædam dicuntur chologogæ, ideſt bilem purgantes, aliæ phlegmagogæ pituitam educentes, &c.

Fundación Uriach

## *PILULÆ STHOMACHICÆ MESVES.*

℞ Aloës Succotrinæ ——————— ʒ vj.
Maſtiches, ——————— } añ. ʒ ij.
Roſarum rubrarum ——————— }

*Cum Syrupo de Abſinthio fiat Maſſa molliuſcula.*

Appel-

Appellantur ſthomachicæ quoniam ſthomaco maximè proſunt: vulgariter etiam dicuntur ante cibum, quia ante paſtum quavis diei hora tuto exhiberi poſſunt. Humores vitioſos, & excrementa primæ regionis blandè ſubducunt. Ventriculum roborant, & appetentiam excitant. Doſis á ʒ j. ad ij. *Vires, & uſus*

## *PILVLÆ DE HIERA SIMPLICI.*

*Ex pulvere Hieræ ſ. Gal. cum aqua Fœniculi formatur maſſa Pilularum etiam ſthomachicarum.*

## *PILVLÆ MASTICHINÆ PETRI Apponenſis.*

℞ Maſtiches ——————— ʒ iiij.
Agarici electi ——————— ʒ ij.
Aloës electæ ——————— ʒ x.
Sapæ ——————— q. ſ.
*Ex arte fiat Maſſa.*

Ad eoſdem ferè uſus commendari poſſunt, ad quos valent ſupradictæ ſthomachicæ; roborant enim ventriculum, ſed propter Agaricum efficaciùs purgant craſſos, & lentos humores, Doſis eadem. *Vires, & uſus*

## *PILVLÆ RHAZIS, VEL RUFFI.*

℞ Aloës Succotrinæ ——————— ℥ ij.
Mirrhæ ——————— ℥ j.
Croci ——————— ℥ ſ.
*Cum Melicrato, ſeu Rhodemelle, vel aquis partibus Vini albi electi, & aqua Endiviæ fiat Maſſa.*

Fundación Uriach

Communes, ſeu peſtilentiales vulgo nuncupantur iſtæ Pilulæ, quarum deſcriptionem tradit Rhazis 9. ad Almanſorem tract. 4. cap. 24. & in Antidotario; cum maiori tamen Croci quantitate. Nos verò inſequentes deſcriptionem, quam peritiſsimi plurimi viri ex Ruffo tradunt, unciam illius dimidiam ſufficere cenſuimus ad uncias duas Aloës, & unam Mirrhæ. *Annotatio.*

*Vires, & uſus* Vim habent leviter purgandi humores ventriculi, inteſtinorum, & meſenterij propter Aloēm: at per Mirrham à putredine corpus vindicatur; a Croco autem cordis facultates vitales recreantur, propter quas cauſas peſtilentiales vocatæ ſunt hæ pilulæ, quia ſic a peſte præcavent, potius quam curant. Doſis á ʒ j. ad ij.

## *PILVLÆ DE RHABARBARO Meſues.*

℞ Rhabarbari ———————— ʒ iij.
Succi Glycyrrhizæ, & ———
Abſinthij inſpiſſati, } añ. ʒ j.
Maſtiches ————————
Myrabolanorum Citrinorum ———— ʒ ij. *ſs.*
Seminum Apij, & ———— } añ. ʒ *ſs.*
Fœniculi ————
Trochiſcorum Diarrhodon ———— ʒ iij. *ſs.*
Hieræ picræ Meſues ———————— ʒ x.
Succi Fœniculi recentis per reſidentiam,
& coctionem clarificati ———— q. *ſ.*
*Fac Maſſam ex arte.*

*Vires, & uſus* Humores bilioſos, atque etiam pituitoſos benignè purgant, obſtructiones aperiunt, urinas movent, atque iecori, & ventriculo robur addunt: utiles quoque ſunt in hydrope. Doſis à ʒ j. ad iij.

## *PILVLÆ DE TRIBVS SOLVTIVIS.*

℞ Rhabarbari electi, ————
Aloēs Succotrinæ, } añ. ʒ iij.
Agarici trochiſcati ————
Syrupi Roſarum alexandr. ———— q. *ſ.*
*Miſce, & ex arte reduc in Maſſam.*

*Vires, & uſus* Utiles ſunt ad clementer purgandos humores bilioſos, & pituitoſos craſſos, ac lentos à ventriculo, meſenterio, hepate, & liene. Roborant ipſas partes, maximeque ventriculum, & appetitum excitant. Doſis a ʒ j. ad ij.

pr-

Fundación Uriach

## *PILVLÆ DE AGARICO MESVES.*

℞ Agarici — ℥ iij.
Radicis Iridis,
Praſsij,
Mirrhæ } an. ʒ j.
Turbith — ʒ v.
Pulveris Hieræ picræ Meſues — ʒ iij.
Colocyntidis,
Sarcocollę } an. ʒ ij.
Sapæ — q. ſ.
*Ex omnibus ritè paratis formetur Maſſa.*

Pituitam ex quacunque corporis parte potenter educunt. Maxime proſunt capiti, & thoraci, atque ideo affectibus ſoporoſis, catharro, vertigini, & ſimilibus affectibus ab humoribus frigidis ortis, aſthmati etiam quammaxime conferunt. Doſis a ʒ j. ad ʒ j. ſs. *Vires, & uſus*

## *PILVLÆ COCHIÆ RHAZIS.*

℞ Pulveris Hierę picræ Rhazis — ʒ x.
Pulpæ Colocynthidis — ʒ iij. & ℈ j.
Diagridij — ʒ ij. ſs
Turbith,
Sthecadis } an. ʒ v.
Syrupi de Sthecade — q. ſ.
*Fac ex arte Maſſam.*

Fundación Uriach

Hæ Pilulæ propriè vocantur cephalicæ, quod humores pituitoſos, & craſſos è capite efficaciter purgant, tum etiam, & biliosos a quacunque etiam parte corporis educunt. In dolore capitis inveterato, vnertigine, epilepſia, paralyſi, & ſimilibus affectibus præſtantiſsimæ ſut. Doſis ab ℈ ij. ad ℈ iij. *Vires, & uſus*

## *PILULÆ SINE QUIBUS ESSE NOLO Nicolai Præp.*

℞ Aloës hepaticæ — — — ʒ xiiij.
Myrabolanorum citrinorum,
Chebulorum,
Indorum,
Belliricorum,
Emblicorum,
Rhabarbari,
Maſtiches,
Abſinthij,
Roſarum,
Violarum,
Senæ,
Agarici,
Cuſcutæ — — — an. ʒj.
Scammonij præparati — — — ʒ vj. ſs.

*Omnia ex arte in pulverem redacta cum ſucco Fœniculi miſce, adiecto ſub fine Scammonio per ſe trito, vel ſi libet, excipiantur ſ. q. Mellis cum ſucco Fœniculi depurato cocti, & deſpumati, & fiat Maſſa.*

*Vires, & uſus* Nominantur hæ Pilulæ *ſine quibus eſſe nolo*, ut hac circumlocutione illorum deſignaretur præſtantia, & utilitas. Bilem, & pituitam à cunctis partibus præcipuis deducunt, & eaſdem roborant: ſed præſertim trahunt ex capite: unde commendantur in ſuffuſionibus oculorum, in dolore, & tinnitu aurium, & ſimilibus affectibus. Doſis à ʒ j. ad ʒ j. ſs.

Fundación Uriach

## PILULÆ ALEPHANGINÆ MESUES
### *ex emendatione Renodei.*

℞ Cinnamomi, ——————
Caryophyllorum,
Cardamomi,
Nucis moſchatæ,
Macis,
Calami aromatici, } añ. ℥ ſs.
Galangę,
Santali citrini,
Schenanthi,
Roſarum ——————

*Hæc craſsiuſculè trita macerentur per duodecim horas in*

Aquæ —————— Lib. iij.

*Deinde igne lento bulliant ad tertia partis abſumptionem: in colatura nutriatur*

Aloës —————— Lib. j.

*Tum abſumpta aquea humiditate ſuper cineres calidos, aut in ſole, aut hypocauſto, adde*

Mirrhæ, ——————
Maſtiches —————— } añ. ℥ ſs.
Croci, —————— ʒ iij.
Syrupi de Abſinthio —————— q. ſ.

*Fiat Maſſa.*

Fundación Uriach

Si quis arte peritus receptam harum Pilularum à Meſue deſcriptionem attentè recognoſcat, plurima correctione digna in ea planè proſpiciet. Inter alia à graviſſimis viris reprobatur quod velit Autor coquenda forè aromatica medicamenta in duodecim Aquæ libris ad partium duarum, octo nempè librarum conſumptionem, quod ſanè citra virium illorum medicamentorum iacturam fieri nequit, aromatum enim virtus longa coctura facilè evaneſcit. Alterum *Annotatio.*

eſt, multoties aqua abluendam eſſe Aloëm; cum enim Succotrina, & quæ optima eſt, ſatis pura, innocua, & pellucida ſit, inutilis non modò iudicatur labor, imo noxius: nam iteratis illis lotionibus, & diſſolutionibus, totidemque exſiccationibus, ſeu inſpiſſationibus, ſive iſtę calore ignis, vel ſolis peragantur, tantum abeſt vt melioretur Aloë, quin potiús deſtruatur eius præcipua, & innocua virtus, more aliorum medicamentorum purgantium vegetabilium. Fatemur autem locum habere lotionem Aloës, ſi fortè impura ſit, ſordibuſque coinquinata, ut ſemel, vel iterum aqua diſſoluta, & colata, partes æterogeneas, & ſordidas deponat. Hanc igitur ob cauſam doctiſſimi Renodei deſcriptionem, & modum conficiendi Alephanginas pilulas inſequi viſum eſt, in qua Galangam adiunxit ut convenientiſſimam, ſed rariſſima, & cariora detraxit, ut Carpobalſamum, Xiloaloëm, & Cubebas, & inutilia ut Aſarum, quæ & paratu facilior, minori quæſtu, & præſtantior iudicatur.

*Vires, & uſus.* Utiliſſimæ ſunt Pilulæ iſtæ ad mundificandum cerebrum, ventriculum, & partes vicinas ab humoribus craſſis, & putribus, eiſdemque partibus robur addunt. Coctionem iuvant, atque appetitum inſtaurant, flatus diſcutiunt, & dolori colico conferunt. Naturis frigidis, & humidis familiares; raro autem calidis, & ſiccis, præſertim æſtatis tempore. Doſis á ʒ j. ad ʒ j. ſs.

## *PILVLÆ AGGREGATIVÆ MESVES.*

℞ Corticum Myrabolanorum citrinorum, }
Rhabarbari } añ. ʒ iiij.
Succi Eupatorij inſpiſſati }
Succi Abſinthij inſpiſſati } añ. ʒ iij.
Diagridij ——— ʒ vj.
Myrabolanorum Chebulorum, & Indorum, }
Agarici, }
Colocynthidis, }
Polipodij } añ. ʒ ij.
Turbith optimi, }
Aloës } añ. ʒ vj.
Maſtiches, }
Roſarum, }

Sa-

Fundación Uriach

Salis Gemmæ, } añ. ʒ j.
Epithimi,
Aniſi,
Zingiberis
Electuarij ex ſucco Roſarum mollis — q. ſ.
*Ex omnibus artificiosè tritis, & miſtis fiat Maſſa.*

*Annotatio.* Tres huiuſce nominis traduntur á Meſue deſcriptiones harum Pilularum; ſolumque prior, & hic deſignata in uſu eſt. Aggregativæ, ſeu Polycreſta nuncupantur, propter aggregationem facultatum multarum, quibus conſtant, & uſuum ad quos deſtinatæ ſunt; atque ideo plurimis alijs carere poſſumus pilulis, ſi has habuerimus.

*Vires, & uſus* Præſtantiſſimæ ſunt ad purgandos quoſcunque humores, tam pituitoſos, quam melancolicos, ſed præcipue biliosos. Non modò capiti utiles ſunt, ſed etiam ventriculo, hepati, & alijs partibus. Morbis, ab æterogenea, & complicata materia ſubortis, atque inveteratis non mediocriter conferunt. Doſis eſt à ʒ j. ad ℈ iiij.

## *PILVLÆ FOETIDÆ MESVES.*

℞ Sagapeni,
Ammoniaci,
Opoponacis,
Bdellij, } añ. ʒ v.
Colocynthidis,
Rutæ ſilveſtris,
Aloës,
Epithimi
Hermodactylorum, } añ. ʒ ij.
Eſulæ præparatæ
Scammonij præparati — ʒ iij.
Cinnamomi
Spicæ Indicæ, } añ. ʒ j.
Croci,
Caſtorei
Turbith — ʒ iiij.

Zin-

Fundación Uriach

Zingiberis ———————————— ʒj ſs.
Euphorbij ———————————— ℈ij.
Succi Porri per reſidentiam, & coctionem
depurati ———————————— q. ſ.

*Fiat Maſſa.*

*Eſula in Aceto optimo horis viginti quatuor maceretur, poſtea blando calore exſiccetur ( volunt aliqui ut rurſus in ſero lactis per idem ſpacium temporis inſundatur, ſerò ter interim mutato) & in pulverem redigatur. Gummi verò ſucco Porri liquentur, etſi impura fuerint colentur, quantitate non imminuta. Quibus reliqua in pulverem redacta opportunè adijciantur, diligenter commiſceantur, atque denique cogantur in Maſſam Oleo amigdalino manibus inunctis tractandam.*

*Vires, & uſus.* Ex plurimis ſimplicibus medicamentis gravè olentibus quibus hæ Pilulæ componuntur; fœtidæ nuncupatæ ſunt: ſed ad plurimos uſus confectæ; quoſcunque enim humores pituitoſos, craſſos, & tenaces, tum etiam bilioſos, non tantum á vicinis, ſed à remotioribus partibus trahunt, & purgant; ob idque in artichride, dolore colico, elephanſiaſi, & cutis infectionibus commendatur. Doſis á ʒ ſs. ad ℈ iij.

## *PILVLÆ DE FVMO TERRÆ*

*Avicennæ.*

℞ Myrabolanorum citrinorum, }
Chebulorum, & } aã. ʒ v.
Indorum }

Aloës ———————————— ʒ vij.
Diagridij ———————————— ʒ v.
Succi Fumariæ clarificati per reſidentiam,
& coctionem ———————————— q. ſ.

*Omnia in pulverem redacta cum prædicto ſucco ter imbuantur totidemque exſiccentur, poſtmodum abſumpto ſucco fiat Maſſa.*

Uſus

Fundación Uriach

Uſus harum Pilularum eſt ad purgandos humores acres, biliosos, ſalſos, & quoſcumque alios aduſtos, & melancolicos ſuccos: ſicque maximopere conferunt in affectibus ab ijs originem ducentibus, ut in ſcabie, pruritu, herpete, & quibuſvis alijs ſimilibus cutaneis morbis. Dantur ab ℈ ij. ad ʒ j. *Vires, & uſus*

## *PILULÆ AUREÆ NICOLAI.*

℞ Aloës optimæ, ——— } añ. ʒ v.
Diagridij ——— }
Roſarum rubrarum, ——— } añ. ʒ ij. ſs.
Seminis Apij ——— }
Seminis Aniſi, ——— } añ. ʒ j. ſs.
Fœniculi ——— }
Pulveris Colocyntidis, vel Trochiſcorum Alhandal, }
Croci, } añ. ʒ j.
Maſtiches ——— }
Mucilaginis Tragacanthi ——— q. ſ.

*Extrahatur Mucilago ex aqua communi, ex qua reliqua idoneè parata excipiantur, & fiat Maſſa.*

Valenter attrahunt Pilulæ iſtæ bilem, atque etiam pituitam, non ſolum á partibus inferioribus, ſed etiam á ſuperioribus, utpote á capite, ob idque in emicranea, ophtalmia, & ſimilibus affectibus commendantur. Doſis á ʒ ſs. ad ʒ j. *Vires, & uſus*

## *PILULÆ ARTHRITICÆ NICOLAI.*

℞ Hermodactylorum, ——— } añ. ʒ iij.
Turbith, }
Agarici ——— }
Caryophyllorum, ——— }
Xilobalſami, ſeu ligni Aloës, }
Carpobalſami, vel Cubebarum, }
Zingiberis, ——— }

Ma-

Fundación Uriach

Maſtiches,
Seminum Fœniculi, } añ. ʒ ſ.
Aniſi,
Saxifragiæ,
Seminis Aſpæragi,
Seminis Ruſci,
Roſarum,
Miſij Solis,
Salis Gemmæ ——
Aloës —— *ad pondus omnium.*
Succi Fœniculi depurati —— q. ſ.
*Ex omnibus paratis iuxta artem fiat Maſſa.*

*Vires, & uſus.* Valent ad purgandos humores craſſos, & lentos á partibus longinquis corporis, potiſſimum ab articulis, propter quam cauſam in arthitride commendantur, ut earum nomenclatura inſinuat. Doſis à ʒ j. ad ℈ iiij.

## *PILVLÆ INDÆ MESVES.*

℞ Mirabolanorum Indorum, ——
Ellebori nigri, } añ. ʒ v.
Polipodij ——
Epithimi, —— } añ. ʒ vj.
Sthecadis ——
Agarici, ——
Lapidis Lazuli præparati, } añ. ʒ iiij.
Colocyntidis,
Salis Indi, vel Gemmæ
Succi Eupatorij inſpiſſati, } añ. ʒ ij.
Spicæ ——
Caryopyllorum —— ʒ j.
Pulveris Hieræ picræ Meſues —— ʒ xij.
Succi Apij per reſidentiam, & coctuream clarificati —— q. ſ.

*Om-*

Fundación Uriach

*Omnibus ſecundum artem tritis, & cum ſucco excep-tis fiat Maſſa.*

Utiles ſunt iſtæ Pilulæ ad purgandos craſſos humores, præſer-tim melancholicos, conſequenterque conferunt in affectibus ab illis ortis. Doſis á ʒ ſs, ad ℈ iiij. *Vires, & uſus*

## *PILVLÆ DE HERMODACTYLIS maiores Meſues.*

℞ Hermodactylorum,
Myrabolanorum Citrinorum,
Aloës,
Turbith,
Colocyntidis,
Bdellij,
Sagapeni — } an. ʒ vj.
Caſtorei,
Sarcocollæ,
Euphorbij,
Opoponacis,
Rutæ agreſtis,
Seminis Apij — } an. ʒ iij.
Croci — ʒ j. ſs.
Succi Caulium depurati — q. ſ.
*Fac ex arte Maſſam.*

Conducunt maximè ad purgandos craſſos, tenaces, ac pituito-ſos, necnon etiam ſeroſos humores, à remotioribus partibus corporis, utpote ab articulis, & capite: commendantur propterea in podagra, gomgra, aliſque iuncturarum doloribus, quemadmodum etiam in frigidis capitis affectibus, & nervorum. Doſis á ʒ j. ad ʒ j. ſs. *Vires, & uſus*

Fundación Uriach

## *PILVLÆ OPTICÆ, SEV LVCIS MAIORES Meſues.*

℞ Roſarum,<br>
Violarum,<br>
Abſinthij,<br>
Colocyntidis,<br>
Turbith,<br>
Cubebarum,<br>
Calami aromatici,<br>
Nucis Moſchatæ,<br>
Spicæ Nardi,<br>
Epithimi,<br>
Carpobalſami,<br>
Xilobalſami,<br>
Seſeleos, — añ. ʒ ij.<br>
Seminis Rutæ,<br>
Schenanthi,<br>
Aſari,<br>
Maſtiches,<br>
Caryophyllorum,<br>
Cinnamomi,<br>
Aniſi,<br>
Fœniculi,<br>
Apij,<br>
Caſsiæ ligneæ,<br>
Croci,<br>
Macis<br>
Myrabolanorum omnium, — añ. ʒ iiij.<br>
Rhabarbari<br>
Agarici, — añ. ʒ v.<br>
Senæ

Eu-

Fundación Uriach

Euphragiæ ———————— ℥ vj.
Aloës Succotrinæ ———— *ad pondus omnium.*
Succi Fœniculi per reſidentiam, &
coćturam depurati ———————— q. ſ.
*Omnia ex arte parata excipe, & fac Maſſam.*

Vim inſignem habent ad expurganda excrementa pituitoſa, craſſa, viſcida, ſeroſa, ac etiamললbilioſa cerebri, & oculorum. Viſum conſervant, & firmant, lucem, ſeu aciem ipſis oculis tribuunt, obſtructiones nervorum opticorum in gutta ſerena auferunt. Doſis à ℈ ij. ad ℈ iiij. *Vires, & uſus*

## PILVLÆ DE LAPIDE LAZVLI *Meſues.*

℞ Lapidis Lazuli præparati ———— ℥ vj.
Epithimi, ————
Polipodij ———— } añ. ℥ viij.
Diagridij, ————
Veratri nigri, 
Salis Indi, vel Gemmæ ———— } añ. ℥ ij. ſ.
Garyophyllorum, ————
Aniſi ———— } añ. ℥ iij.
Agarici ———————— ℥ viij.
Pul. Hieræ picræ Meſues ———— ℥ xv.
Succi Endiviæ ———————— q. ſ.
*Ex arte fiat Maſſa.*

Humores craſſos, terreos, & melancolicos principaliter purgãt. Singulariter commendãtur in elephantiaſi, ca[illegible], ac ſimilibus alijs contumacibus morbis ab ijs humoribus procedentibus. Doſis eſt ab ℈ ij. ad ʒ j. *Vires, & uſus*

Fundación Uriach

## PILVLÆ ZAPPATÆ EX ANTID. *Mediol.*

℞ Trochiſcorum Alhandal
Diagridij,
Aloës electæ ———— } añ. *partes æquales.*

*Cum Rhodomelle fiat Maſſa.*

*Vires, & uſus* Efficaciter quoſcumque humores, etiam à remotioribus corporis partibus purgant. In apoplexia, epilepſia, dolore colico, nephritico, & articulari maximè proſunt. Doſis ſit à gr. viij. ad gr. x. vel paulo plus in robuſtioribus.

## PILVLÆ CONTRA FLVXVM *Nicolai.*

℞ Myrtyllorum,
Balauſtiorum,
Malicorij, ideſt corticis malorum Granatorum,
Symphiti,
Sanguinis Draconis,
Boli Armeni,
Acaciæ,
Hypociſtidis,
Roſarum,
Tartari,
Seminis Sumach,
Croci,
Galliæ moſchatę Nicolai,
Gallarum,
Cinnamomi,
Spodij,
Maſtiches,
Gummi Arabici — añ. ʒj.
Opij — ʒ ſs.

*Hypociſtidis ſuccum, Opium, & Acaciam in ſucco Myrti, & Lentiſci diſſolve, reliqua in tenuiſſimum pulverem redige, & ex arte fac Maſſam.*

*Vires, & uſus* Valdè adſtringentes ſunt Pilulæ huiuſmodi, quarum uſus eſt in diarrhea, dyſenteria, & ſimilibus affectibus, tum etiam ad conciliandum ſomnum. Doſis eſt à ʒ ſs. ad ʒ j.

Pi-

Fundación Uriach

## *PILVLÆ BECHICÆ, SEV PECTORALES Meſues.*

℞ Succi Glycyrrhizæ denſati, —— } añ. ʒ j.
Sacchari albi —————— }
Amyli, .——————— }
Tragacanthi, } añ. ʒ iiij.
Amigdalarum dulcium mundarum —— }
Mucilaginis Seminis Pſylij ex
aqua Roſarum extractæ ———— q. ſ.

*Omnia ſubtiliſsimè levigata prædicta mucagine excipe, & fac Maſſam.*

Utiles ſunt huiuſmodi Pilulæ ad leniendum aſperitatem, & ſiccitatem trachiæ arteriæ. In tuſſi ſicca, diſtillationibus ſalſis, & acribus ad pectus irruentibus, & alijs ſimilibus affectibus conferunt. Solent ore detineri, & liquari, ſenſimque deglutiri, ob quam cauſam volunt aliqui, ut ex dicta Maſſa non Pilulæ, ſed orbiculi Lupinis ſimiles formentur. *Vires, & uſus*

## *PILULÆ DE CYNOGLOSSO NICOLAI emendatæ.*

℞ Radicum Cynogloſſi aridi, —. }
Seminum Hyoſciami albi, } añ. ʒ iiij.
Opij ——————— }
Mirrhæ ——————— ʒ vj.
Thuris ——————— ʒ v.
Caryophyllorum, ——— }
Caſtorei, }
Croci, } añ. ʒ j. ſs.
Styracis calamitę ———— }
Syrupi violati, vel ſucci Cynogloſſi ——— q. ſ.

*Ex arte fiat Maſſa.*

Vi-

Fundación Uriach

*Vires, & uſus* Validam, & efficacem obtinent vim ad ſiſtendum quaſcumque fluxiones. Diſtillationes ſive ad pectus, pulmones, fauces, vel ad dentes irruentes potenter cohibent. Somnum conciliant, & quoſcumque dolores placant. Uſus illarum ſit poſt ſex menſes ab illorum confectura. Doſis verò à gr. vj. uſque ad ℈ ſs.

## *PILVLÆ LAVDANI OPIATI EX Pharm. Amſtelredam.*

℞ Opij Thebaici puri ſpiritu vini diſſoluti cocti parum, & per colati ——— ℥ j.

*Miſceatur cum Tinctura per ſpiritum vini extracta ex*

Pulveris Diambræ ——— ℥ ſs.

*Evaporent in Conſiſtentiam Pilularum ſub finem addendo*

Croci optimi ——— ℥ j.

Caſtorei ——— ℥ ſs.

*Et fiat Maſſa uſui ſervanda.*

## *PILULÆ ALIÆ EX LAVDANO OPIATO ſimplici Ioſephi Eſtanciani Romani.*

℞ Opij Thebaici recentis, & electiſsimi ——— Lib. ſs.

*Teratur in mortario æneo limpido leviter confricando, in fictili deinde vaſe vitreato ponatur, in arena furno mitti calore exſiccetur, interim ſpatula lignea, & longa movendo, & agitando, ſensim ignem augendo, & torrefiat (non tamen uratur) quouſque non amplius fumum, vel vaporem ſulfureum, & narcoticum emittat, quod ſpacio circiter octodecim, vel viginti horarum perficitur. Poſtea eidem iterum ſubtili-*

*tiliter triturato eodem vaſe impoſito adde aquæ Roſarum eam quantitatem, quæ ſufficiat, ut conſiſtentiam linimenti, vel mellis liquidioris acquirat, & denuò eodem ignis calore, vel paulò fortiore ſiccetur. Poſtmodum ſine ulteriori trituratione tantundem aquæ Roſaceæ dijciatur, & eodem calore poſtremò exſiccetur donec reducatur in conſiſtentiam Maſſæ ex qua formari poſſint Pilulæ, pondere nempe unius grani, quæ aëri expoſitæ ſiccentur, & in vaſe vitreo repoſitæ uſui ſerventur.*

Deſcriptæ Pilulæ ex Laudano opiato eaſdem obtinent vires quas habere diximus Laudanum opiatum Sennerti, & Quercetam, tutoque exhiberi poſſunt à docto, & prudenti Medico, ſi optimè, & artificioſe parentur. Doſis eſt gr. j. vel ij. uſque ad iiij. cum idoneo, & convenienti liquore. *Vires, & uſus*

# DE TROCHISCIS.

CATAPOTIIS, ſive Pilulis non admodum diſſimilia parantur in Officinis medicamenta Græcis Artiſci, quaſi parvi panes, ſeu placentulæ dicta, vel Trochiſci, ideſt rotulæ: Latinis verò Paſtilli, ſive Orbiculi communiter vocantur; habent enim orbicularem, ſeu rotundam figuram cum depreſſione quadam Lupinis, vel Lentis valdè ſimilem ad differentiam Pilularum, quæ, ut ſuprà dictum eſt, globulorum inſtar omninò rotundæ ſunt. Quæ figura, & conſiſtentiam ſolida, dura, & denſa efformantur ad longam medicamentorum conſervationem; diutiùs enim, & tutiùs ſub ea forma ſolidiore, ſine virium diſpendio conſervantur medicamenta, quam in pulverem redacta, qui ob raritatem, & raritatem, ambientis aëris iniurijs minus reſiſtere valent: ſic tamen parati ſervantur Paſtilli, ut uſus tempore in pulverem denuò redigantur. *Quod Trochiſci.* *Figura.*

Fundación Uriach

Fiunt Trochiſci, ut plurimùm ex ſiccis, trituratiſque medicamentis cum ſufficienti quantitate idonei liquoris exceptis, & malaxatis, donec iuſtam conſiſtentiam acquirant, ut ex maſſa ſubacta formentur Rotulæ, ſeu Orbiculi, qui poſtquam in umbra ſiccati fuerint, reponantur, & ſerventur in pixidibus. Quibus etiam ob maiorem elegantiam ſigilla, vel aſteriſci imprimuntur. *Modus faciendi*

*Differentiæ* Juxta varias Trochiſcorum vires plurimæ ſunt illorum differentiæ; alij enim dicuntur aromatici, ſeu odoriferi, alij roborantes, alij aperientes, diuretici, cathartici, &c. pauci vero purgantes hodie in uſu ſunt.

## *TROCHISCI GALLIÆ MOSCHATÆ Meſues.*

℞ Ligni Aloës crudi, & electi ——— ʒ ij. ſs.
Ambræ ——— ʒ j.
Moſchi ——— ʒ ſs.
Mucilaginis Tragachanti aqua Roſarum extractæ ——— q. ſ.

*Miſce, & ex arte fac Trochiſcos.*

*Vires, & uſus* Prætioſi iſti Paſtilli etſi odorifero ſuo halitu ad delitias accommodari poſſint, ad præſtantiorem autem finem, ſanitatem nempe, potiùs in pharmacopolijs ſervantur. Quorum uſus eſt ad roborandum cor, cerebrum, & reliquas partes, atque ſpiritus recreandos. Totiús corporis odorem optimum commendant: laudantur etiam ad corroborandum imbecillem puerorum ventriculum, reſarciendumque vires diuturno morbo languidas. Ex ijs etiam alia ſæpe parantur medicamenta, ut Emplaſtra pro matrice, plurimas etiam Meſues compoſitiones ingrediuntur, ut patet in Diamoſcho dulci, & alijs. Si per os aſſumantur. Doſis erit ab ℈ j. ad ʒ j.

## *TROCHISCI GALLIÆ MOSCHATÆ Nicolai.*

℞ Maſtiches ——— ℥ ij.
Gummi Arabici ——— ℥ j.
Camphoræ ——— ℈ j.

*Hæc ſubtiliſſimè trita, & cribro tranſmiſſa excipiantur aqua Roſarum, & formentur Trochiſci, qui poſt perfectam ad umbram exſiccationem, denuò ſubtiliſſimè terantur, denſiſſimoque cribro traijciantur, & quarta parte unius unciæ Olei Sambucini irrorentur, & tunc ſequentia ſubtiliter trita admiſce*

Cin-

Fundación Uriach

Cinnamomi, ———————————————
Caryophillorum, } añ. ʒ ſ.
Nucis moſchatæ ———————————
Moſchi ——————————————————— gr. vj.

*Cum aqua Roſarum, in qua diſſolutus fuerint Moſchus, fiant ex arte Trochiſci.*

Facultatem obtinent calefaciendi, exſiccandi, atque diſcutiendi flatus. Uſus illorum eſt præcipue in affectibus uterinis á cauſa frigida, & humida natis, ex quibus cum alijs medicamentis parari ſolent Emplaſtra pro matrice. Ingrediuntur varias ipſius Nicolai compoſitiones, ut Electuarium, ſeu pulverem Diarrhodon Abbatis. Tandem uſus illorum eſt pro ſuffimentis in morbis uterinis. Doſis per os eadem cum ſuperioribus. *Vires, & uſus*

## *TROCHISCI ALIPTÆ MOSCHATÆ Nicolai.*

℞ Ladani optimi defecati ——————— ℥ iij.
Styracis Calamitæ ——————— ℥ j ſ.
Styracis rubri, vel Benjoini ——————— ℥ j.
Ligni Aloës, ——————— ʒ ij.
Ambræ ——————— ʒ j.
Camphoræ, ——————— ʒ ſ.
Moſchi ——————— ℈ ſ.
Aquę Roſarum ——————— q. ſ.

*Ladanum depuratum in mortario cupreo piſtillo ferreo utroque calente cum aqua roſacea, vel decontundatur, ducatur, & agitetur donec unguenti undique mollis conſiſtentiam acquirat: addantur poſtea utraque Styrax piſtillo rurſus multum diducenda, quibus paulatim pulverem Ligni Aloës inſperge: Ambram verò, & Camphoram ſenſim ex arte levigata poſtea adde, tandem Moſchum ex Aqua roſacea diſſolutum immiſce, & fac Trochiſcos in umbra exſiccandos.*

X Eoſ-

Fundación Uriach

*Vires, & uſus* Eoſdem ferè effectus præſtant, ac ſuperiores, ſed potentiùs adſtringunt. Commendantur ut efficaciſſimi ad robocandum cerebrum, cor, hepar, ventriculum, & uterum, ex quibus etiam ſuffimigia parantur. Doſis per os, ut in ſuperioribus.

## *TROCHISCI DIARHODON MESVES.*

℞ Roſarum rubrarum ———— ℥ j.
Spicæ, ———— } añ. ʒ iij.
Ligni Aloës ————
Glycyrrhizæ ———— ʒ j ſs.
Spodij ———— ʒ j. ſs.
Croci ———— ℈ ij. & gr. v.
Maſtiches ———— ʒ j.
*Omnia ſubtiliſsimè tere, & fulvo, electoque vino excipe, & in Trochiſco redige.*

*Vires, & uſus* Facultatem habent huiuſmodi Paſtilli contemperandi, & roborandi ventriculum, atque partes illi adhærentes: modicè quoque inſcindunt, & detergunt, flatuſque diſſipant. Commendantur in diuturnis febribus pituitoſis, ac tertianis nothis, & complicatis. Commiſcetur in plurimis a Meſue deſcriptis compoſitionibus. Doſis à ʒ ſs. ad ʒ j.

## *TROCHISCI DIARHODON NICOLAI.*

℞ Roſarum viridium ———— ʒ iiij.
Spodij ———— ʒ ij.
Santali rubri ———— ʒ j. ſs. & gr. vij.
Santali albi ———— ʒ j. & gr. xij.
Croci ———— ℈ j. & gr. vij.
Camphoræ ———— gr. xij.
*Mortario marmoreo Roſa recentes ducantur ad abſolutam trituram, quando reliqua ad ungnem pulverizata admiſce, & ex Aqua roſacea fac Trochiſcos.*

Pa-

Parum differunt à ſuperioribus iuxta Meſues formam, eaſdemque vires obtinent, in eademque doſi exhiberi debent. *Vires, & vſus*

## *TROCHISCI DE RHABARBARO Meſues.*

℞ Rhabarbari ————————— ʒ x.
Succi Eupatorij inſpiſſati, ——}
Amigdalarum amararum mundatarum ————} ań. ʒ iiij.
Roſarum, ————————— ʒ iij.
Spicæ, ——————}
Aniſi, }
Rubeæ tinctorum, } ań. ʒ j.
Seminis Apij, Abſinthij }
Aſari ——————}

*Cum ſ.q. vini albi, vel ſucci Eupatorij adhuc liquidi formentur Trochiſci.*

Inſignem vim habent attenuandi, incidendi, detergendi, & roborandi. Quibus ſæpè utuntur Medici in obſtructionibus potiſſimum hepatis, in hydrope, & ictero. Alvum aliquantulum movent, & per urinas bilioſos, & ſeroſos humores expurgant. Doſis à ʒ ſs. ad ʒ j ſs. *Vires, & vſus*

## *TROCHISCI DE EVPATORIO Meſues.*

℞ Mannæ, ——————}
Succi Eupatorij inſpiſſati ——} ań. ℥ j.
Roſarum ————————— ℥ ſs.
Spodij ex Ebore ————————— ʒ iij ſs.
Spicæ ————————— ʒ iij.
Rhabarbari, ——————}
Aſari, } ań. ʒ ij ſs.
Aniſi ——————}



Fundación Uriach

*Cum ſucco Eupatorij recenti, depurato, & adhuc liquido fac Trochiſcos.*

*Vires, & uſus* Utiliſsimi ſunt in omnibus hepatis, & lienis obſtructionibus, & illorum tumoribus. Morbo regio, & incipienti hydropi ſuccurrunt, ventriculum roborant, & flatus diſcutiunt. Doſis à ʒ j. ad ʒ j. ſ.

## *TROCHISCI DE ABSINTHIO Meſues.*

℞ Roſarum, ——
Abſinthij, —— } añ. ℥ ij.
Aniſi ——
Rhabarbari, ——
Succi Eupatorij inſpiſſati,
Aſari,
Apij,
Amigdalarum amararum,
Spicæ,
Maſtiches,
Folij —— } añ. ʒ j.
Succi Endiviæ clarificati —— q. ſ.
*Fac ſecundum artem Trochiſcos.*

*Vires, & uſus* Saluberrimi ſunt ad roborandum ventriculum, & iecur: obſtructiones eorundem aperiunt, deiectam appetentiam ſuſcitant, ac etiam urinas movent. Doſis à ʒ j. ad ij.

## *TROCHISCI DE CAPPARIBUS Meſues.*

Fundación Uriach

℞ Corticum radicum Capparum, ——
Seminis Viticis, ideſt Agni caſti —— } añ. ℥ vj.
Sem. Nigellæ, ideſt Melanthij ——
Calaminthæ,

Succi

Succi Eupatorij Meſues,
Acori,
Amigdalarum amararum,
Seminis Naſturtij,
Ammoniaci,
Foliorum Rutæ,
Radicis Ariſtolochiæ rotundæ — añ. ʒ ij.

Cyperi rotundi
Scolopendriæ, ideſt Ceterach — añ. ʒ j.

*Omnia ex arte in tenuiſſimum pulverem redige, mox Ammoniaco in Aceto diſſoluto excipe, & fac Trochiſcos.*

Efficaciam inſignem habent ad omnem lienis, & hepatus obſtructionem, inflationem, duritiem, & tumorem. Craſſos, & melancolicos humores potenter attenuant, & inſcindunt, flatuſque reſolvunt. Commendantur in affectione hypocondriaca, ictero, & incipienti hydrope. Doſis á ʒ j. ad ʒ j. ſs. *Vires, & uſus*

## *TROCHISCI DE LACCA MESVES.*

℞ Laccæ mundæ,
Succi Glycyrrhizæ, &
Eupatorij inſpiſſati,
Abſinthij,
Berberis,
Rhabarbari,
Ariſtolochiæ longæ,
Coſti,
Aſari,
Amigdalarum amararum,
Rubeæ tinctorum,
Aniſi,
Apij,
Schenanthi — añ. ʒ j.

*Lac-*

Fundación Uriach

*Lacca trita in decocto æqualium partium Ariſtolochiæ, & Schenanti lavanda eſt piſtillo ſemper agitando donec clareſcat, & quod reſidet coletur, & ſiccetur. Omnia deinde ſubtiliter trita cum ſufficienti quantitate prædicti decocti, vel ſucci Eupatorij, aut Abſinthij fiant Trochiſci.*

*Vires, & uſus* Utiles ſunt in affectibus lienis, & hepatis, quorum viſcerum obſtructiones tollunt, ac urinas potenter movent, qua ratione in hydrope, præſertim aſcite maximopere proſunt. Doſis ut in ſuperioribus.

## *TROCHISCI ALKEKENGI MESVES.*

| | |
|---|---|
| ℞ Granorum Alkekengi | ʒ ij. |
| Seminis Citrulli, Albathecæ, vel cuiuſque Melonis, Cucurbitæ | an. ʒ iij ſ. |
| Boli Armeni, Thuris, Gummi Arabici, Sanguinis Draconis, Seminis Papaveris albi, Amigdalarum amararum, Succi Glycyrrhizæ, Tragacanthi, Amyli, Nucum pinearum mundatarum | an. ʒ vj. |
| Seminis Apij, Succini, ſeu Charabe, Terræ ſigillatæ, Hyoſcyami, Opij | an. ʒ ij. |
| Aquæ Fragorum, ſeu Fragariæ | q. ſ. |

*Ex arte fac Trochiſcos.*

Fundación Uriach

Præſtantiſsimi illi Trochiſci fœliciter exhibentur in veſica, eiuſque meatu, renibus, & uteribus exulceratis; quare in dyſuria quammaximè proſunt; ulcera enim detergunt, glutinant, & cicatrice tegunt, lente acrimoniam mitigant, aſperitatem leniunt, & dolorem ſedant. Doſis à ʒ j. ad ℈ iiij. *Vires, & uſus*

## *TROCHISCI GORDONII.*

℞ Seminum quatuor frigidorum maiorum mundatorum,
Seminis Papaveris albi,
Malvæ,
Bombacis,
Portulacæ,
Cydoniorum,
Baccarum Myrti,
Tragacanthi,
Gummi Arabici,
Nucum Pinearum mundatarum,
Piſtachiorum,
Sacchari candi,
Penidiarum,
Glycyrrhizæ raſæ,
Hordei mundati,
Mucilaginis ſem. Pſyllij,
Amigdalarum dulcium mundatarum — ań. ʒ ij.

Boli Armeni,
Sanguinis Draconis,
Spodij,
Roſarum,
Mirrhæ, — ań. ʒ ß.

*Omnia ex arte parata excipiantur Hydiomelite, & fiant Trochiſci.*

Utiliſsimi illi Trochiſci deſcribuntur à Bernardo Gordonio partic. 6. cap. 10. de paſsionibus renum. Commendantur in ulceribus renum, *Vires, & uſus*

Fundación Uriach

num,& veſicæ. Utiliter quoque propinari poſſunt in alijs partium internarum ulceribus; leniunt enim, detergunt, acrimoniam contemperant, & partes roborant, ſi cum lacte, vel alio idoneo liquore exhibeantur. Si veſica ulcerata fuerit, diſſoluti cum ipſo lacte per iniectionem valdè proſunt. Doſis per os a ʒ j. ad ℈ iij.

## *TROCHISCI AD GONORRHÆAM Renodei.*

℞ Seminum viticis, ſeu Agnicaſti,
Lactucæ,
Roſarum, } añ. ʒ j.
Balauſtiorum,
Scobis Eboris, } añ. ʒ j. ſs.
Electri
Boli Armeni in aqua Centinodiæ lotæ ʒ ij.
Seminum Plantaginis ℈ iij.
Ligni Saſſafras ℈ ij.
*Cum mucagine ſeminis Citoniorum in aqua Nenupharis extracta fiant Trochiſci.*

*Vires, & uſus* Præſtantiſſimi ſunt iſti Paſtilli ad quamcumque gonorrheam, ſive à ſeminis quantitate, vel qualitate fiat, ſive à nimio, vel immodico labore; præmittatur autem lenis purgatio, aut ſanguinis miſſio ſi opportuerit. Doſis erit á ʒ j. uſque ad duas cum idoneo liquore.

## *TROCHISCI DE MIRRHA RHAZIS.*

℞ Mirrhæ electæ ʒ iij.
Lupinorum optimè tritorum ʒ v.
Foliorum Rutæ,
Mentaſtri,
Pulegij,
Cymini, vel Cumini, } añ. ʒ ij.
Sabinæ,
Dictamni,

Ra-

Fundación Uriach

Radicis Rubeæ tinctorum,
Aſſæ fœtidæ,
Sagapeni,
Opoponacis -------
Succi Arthemiſiæ depurati, & recentis ------ q. ſ.
*Secundum artem para Trochiſcos.*

Menſtruæ purgationis tarditatem promptè ſolicitant, meatus uteri à craſſis, & frigidis humoribus infarctos aperiunt, concretum ſanguinem attenuant, & inſcindunt, efficaciter ſecundinas tardantes, fœtum mortuum, atque ſuppreſſa lochia movent, & expellunt. Dantur á ʒ j. ad ij. Ex ijs etiam parari ſolent peſſaria cum idoneo liquore ſubacta. *Vires, & uſus*

*TROCHISCI DE SPODIO MESVES.*

℞ Spodij, hoc eſt Eboris uſti ------ ʒ iiij.
Roſarum rubrarum ------ ʒ vij.
Seminis Portulacæ, ------ }
Succi Glycyrrhizæ ------ } añ. ʒ ij.
*Cum Mucilagine ſeminis Pſyllij ex aqua pluviæ extracta, fac Trochiſcos.*

*TROCHISCI DE SPODIO CVM SEMINE Acetoſæ Meſues.*

℞ Roſarum rubrarum ------ ʒ xij.
Spodij ------ ʒ x.
Seminis Acetoſæ ------ ʒ vj.
Seminis Portulacæ, ------ }
Sem. Coriandri in Aceto infuſi, & toſti, } añ. ʒ ij. ſ.
Rhois coriariæ, ideſt Sumach ------ }
Amyli toſti, ------ }
Balauſtiorum, } añ. ʒ ij.
Baccarum Berberis ------ }
Gummi Arabici toſti ------ ʒ j. ſ.



Fundación Uriach

*Omnia ex arte para, & cum ſufficienti quantitate ſucci Agreſtæ fac Trochiſcos.*

*Vires, & uſus* Frigidi, & adſtringentes ſunt huiuſmodi Trochiſci, quibus utuntur Medici ad contemperandum, & fluxiones cohibendas. In febribus biliosis cum alvi fluore præſtantes ſunt. Ventriculi, & hepatis inflammationem attemperant, ac ſitim mitigant. Doſis à ʒ j. ad ʒ j. ß.

## *TROCHISCI DE TERRA SIGILLATA Meſues.*

| | |
|---|---|
| ℞ Sanguinis Draconis electi,<br>Gummi Arabici toſti,<br>Trochiſcorum Ramich,<br>Roſarum rubrarum,<br>Seminis Roſarum,<br>Amyli toſti,<br>Spodij,<br>Acaciæ,<br>Hypociſtidis,<br>Lapidis Hœmatitidis,<br>Balauſtiorum,<br>Boli Armeni,<br>Terræ ſigillatæ,<br>Coralli rubri,<br>Succini | añ. ʒ ij. |
| Margaritarum<br>Tragacanthi<br>Sem. Papaveris nigri | añ. ʒ j. ß. |
| Seminis Portulacæ toſti,<br>Thuris,<br>Gallarum,<br>Nucum Cupreſsi | añ. ʒ ij. |
| Succi Arnagloſi depurati | q. ſ. |

Ex

Fundación Uriach

*Ex arte forma Trochiſcos.*

Potentem habent vim adſtringendi, & roborandi. Sanguinem undecunque manantem, & ſputa cruenta cohibent, hemorragias quaſcunque ſiſtunt, immoderatas purgationes menſtruas detinent, cæteraſque immodicas evacuationes morantur. Doſis à ʒ ſs, ad ʒ j. ſs. *Vires, & uſus*

## *TROCHISCI RAMICH MESUES.*

℞ Succi Acetoſæ ———————— ʒ xvj.
Roſarum ———————— ℥ j.
Baccarum Myrti ———————— ℥ ij.
*Bulliant parum, & exprimendo colentur, colaturæ adde*
Gallarum viridium recentium tenuiſsimè tritarum ———————— ℥ iij.
*Denuò modicè coquantur, mox ſequentium pulvis diligenter miſcendo addatur.*
Roſarum ———————— ℥ j
Santalorum citrinorum ———————— ℥ j. & ʒ ij. gr. xv.
Gummi Arabici ———————— ℥ j. ſs.
Sumach ————————
Spodij ———————— } an. ʒ viij.
Succi Agreſtæ inſpiſſati ———————— ʒ vij.
Succi granorum Myrti tritorum ———————— ℥ iiij.
Ligni Aloës,
Caryophyllorum,
Macis,
Nucis moſchatæ ———————— } an. ʒ iiij.
*Miſce omnia hæc diligentiſsimè, & poſtea exſicca, denuò in pulverem tenuiſsimum redige, & rurſus ex drachma una, & ſemiſſe Camphoræ diſſolutæ ex aqua Roſarum ſecundum artem fac Trochiſcos.*

Fundación Uriach

*Vires, & uſus* Vim habent adſtringendi, & fluxiones quaſcumque ſiſtendi. Ventriculum, cor, & hepar roborant, alvi profluvium ſedant, & laxata inteſtina firmant: pulverizati, & naribus immiſſi hemorragiam ſiſtunt. Nonnullas medicamentorum compoſitiones ingrediuntur. Doſis ſit á ʒ j. uſque ad ʒ ij.

## *TROCHISCI DE CHARABE*
### *Meſues.*

℞ Charabæ — ℥ j.
Cornu Cervi uſti,
Gummi Arabici aſſati,
Coralli rubri uſti,
Gummi Tragacanthi,
Acaciæ,
Hypociſtidis,
Balauſtiorum,
Maſtiches,
Laccæ,
Sem. Papaveris nigri uſti — } añ. ʒ iij.
Thuris,
Croci,
Opij — } añ. ʒ ij. & gr. xv.
Mucilaginis ſeminis Pſyllij ex aqua Pluviæ extractæ — q. ſ.
*Fac ex arte Trochiſcos.*

*Vires, & uſus* Similes in facultatibus ſunt iſti Paſtilli cum ſuperioribus de Terra ſigillata, & Ramich. In excretionibus ſanguinis ex quavis corporis parte, & quibuslibet alijs immoderatis evacuationibus maximé conferunt. Doſis á ʒ ſs. ad ℈ iij.

## *TROCHISCI DE BERBERIS*
### *Meſues.*

℞ Baccarum Berberis, aut ſucci

illa-

| | | |
|---|---|---|
| illarum inſpiſſati, | | |
| Spodij, | } | añ. ℥ iij. |
| Succi Glycyrrhizæ, | | |
| Seminis Portulacæ, | | |
| Roſarum | | ℥ vj. |
| Spicæ, | | |
| Croci, | } | añ. ℥ j. |
| Amyli, | | |
| Tragacanthi | | |
| Sem. Citrulli mundi | | ℥ iij. ſs. |
| Camphoræ | | ℥ ſs. |

*Cum Manna ſucco Berberis diluta, fiant Trochiſci.*

Utiles ſunt in febribus ardentibus, in intemperiè fervida ventriculi, & iecoris. Sitim extingunt, aridiratem linguæ corrigunt, & alvi fluorem ſiſtunt. Doſis erit à ℈ j. uſque ad ij. *Vires, & uſus*

## *TROCHISCI HYSTERICI INCERTI Auctoris.*

| | | |
|---|---|---|
| ℞ Aſſæ fœtidæ, | } | añ. ℥ ij ſs. |
| Galbani | | |
| Mirrhæ, | } | añ. ℥ ij. |
| Caſtorei | | |
| Radicum dictami albi, | } | añ. ℥ ſs. |
| Peoniæ | | |
| Aſari, | | |
| Sabinæ, | | |
| Ariſtolochiæ, | } | añ. ℥ j. |
| Nepetæ, | | |
| Matricariç | | |
| Succi Rutæ domeſticæ depurati | | q. ſ. |

*Formentur ex arte Trochiſci.*

Ad-

Fundación Uriach

*Vires, & uſus* Admodùm conferunt in plurimis uterinis affectibus, & maximè in fœdis Virginum, & Viduarum coloribus. Symptomatibus à tetris vaporibus ad caput, vel cor elevatis ob ſanguinis menſtrui, vel ſeminis retentionem, aut corruptionem ſuccurrunt. Doſis à ʒ j. ad ij. cum idoneo liquore.

## *TROCHISCI DE AGARICO, SIVE Agaricus Trochiſcatus Meſues.*

℞ Agarici electi pulverizati ——— q. v.
Vini albi optimi infuſionis Zingiberis —— q. ſ.

*In vino dictæ infuſionis immergatur Agaricus ſæpiùs, ut bis, ter, & quater repetatur pulveriſatio, & malaxatio, & formentur Trochiſci in pauca quantitate, ne diuturna mora exoleſcant.*

*Annotatio.* Agaricus ſine præparatione ventriculo adverſatur, & ſua levitate innatans ſubverſionem, nauſeam, & vomitum concitare ſolet: eſt etiam tardæ operationis, unde inteſtinis adhærens lancinando, & pungendo, fluxioneſque excitando, dolores parit. Quæ tamen vitia corriguntur ſi prædicto modo præparetur.

*Vires, & uſus* Pituitam purgat, obſtructiones aperit, attenuat, tergit, & flatus diſſipat. Omnibus morbis ab humoribus craſſis, lentis, & frigidis dependentibus confert. Doſis ſit ab ℈ ij. ad ʒ j. ſs.

## *TROCHISCI ALHANDAL MESUES.*

℞ Pulpæ Colocynthidis albæ, levis,
& à ſeminibus repurgatæ ——— ℥ x.

*Inſcinde minutiſſimè, & frica ex uncia una Olei roſati, deinde ſequentia aſſume*

Gummi Arabici,
Tragacanthi, } an ʒ vj.
Bdellij ———

*Tria hacſimul quatuor continuis diebus in aqua Roſarum, vel potiùs in ſucco Roſarum macerentur, & poſtea glutinum hoc artiſicioſè collige, ex quo, & Colocynthide, ut dictum eſt parata ſiant Trochiſci in*

um-

Fundación Uriach

*umbra ſiccandi: ſicci iterum optimè terantur, & ex eodem glutine Gummium Trochiſci reformentur.*

Humores pituitoſos, craſſos, & glutinoſos validè purgant, nõ modò à propinquis, ſed etiam è profundis, longéque diſtantibus partibus, utpote capite, thorace, nervis, iuncturis, & alijs. Qua ratione in apoplexia, paralyſi, convulſione, vertigine, doloribus capitis, aſthmate, & plurimis alijs ſimilibus morbis ſummoperè proſunt. Parantur ex illis enemata, & ſuppoſitoria cum alijs convenientibus medicamentis. Curent autem Pharmacopolæ in formandis his Trochiſcis, ut Colocynthidis pulpa tenuiſsimè teratur, ne aſperæ eius partes inteſtinorum tunicis adhærentes ea vellicent, & exulcerent. *Vires, & uſus*

## *TROCHISCI DE MINIO VIGONIS.*

℞ Sublimati optimè triturati ——— ℥ ſs.
Medullæ Panis crudi, & benè fermentati ——— ℥ iiij.
Minij ——— ʒ x.
Aquę Roſarum ——— q. ſ.

*Contundantur omnia, & commiſceantur diligenter cum ipſa aqua roſacea, & fiant Trochiſci oblongi ad modum tentarum diverſarum, deinde exſiccentur, & ſuper tegula in furno non admodum calido decoquantur, & ſerventur.*

Vim obtinent efficacem abſtergendi, & erodendi. Carnem corruptam, fungoſam, & calloſam auferunt: in fiſtulis, & ulceribus, in quibus nimia, & ſuperflua caro ſupercreſcit mirificè proficiunt. *Vires, & uſus*

Fundación Uriach

# DE COLLYRIJS.

*Collyrium quid ſit*

SUpereſt nunc de topicis medicamentis, quæ ſcilicet exteriùs applicantur pertractare, initium ſumentes a quadam Medicamenti forma, quæ ab Arabibus nuncupatur Sief; Græcis verò Collyrion, id eſt inſtar mutilatæ caudę. Erant enim apud Antiquos, ut ex Oribaſio lib. 10. collect. cap. 23. conſtat, Collyria medicamenta figuræ caudæ muris ſimilia, & non ſolũ oculis adhibebantur, ſed & fiſtulis, ſinibus, uteroque immittebantur: ſicque ad varios uſus in dicta figura conformata aſſervabantur, quibus poſtea, vel integris, vel contritis, aut diſſolutis utebantur. Qua figura cum medicamenta quædam oculorum affectibus utilia in uſum parata haberentur, factum eſt poſtea, ut ijs ſolum appellatio Collyrij tribueretur, ut iam Collyrij nomine medicamenta externa oculis propria ſolum, vel ut plurimùm intelligantur.

*Differẽtia.*

Etſi autem omnia, quæ oculis adhibentur mollia, & humida eſſe ſolent, non ſicca, & aſpera, quia tamen, quæ in uſum neceſſarium parata habentur, ſicca conſiſtentia commodiùs conſervantur, dividuntur vulgo Collyria in ſicca, ſeu arida, & humida. Sicca hoc modo parantur: medicamenta minutiſſimè trita in lapide porphyrite levigantur, & ſufficienti quantitate Aquæ pluvialis, Roſarum, albuminis Ovi, vel alicuius mucilaginis excepta in formam pyramidis, vel Trochiſcorum formantur, eaque in umbra exſiccantur. Ubi uſus poſtulat in marmore, ſeu porphyro, effuſo liquore idoneo teruntur, atque inde guttatim liquor oculis inſtillandus, paratur.

## *COLLYRIVM ALBVM RHAZIS.*

℞ Ceruſæ Lotæ ———————— ℥ x.
Sarcocollæ ———————— ʒ iij.
Amyli ———————— ʒ ij.
Tragacanthi ———————— ʒ j.
Opij ———————— ʒ ſs.

*Cum aqua pluvia, vel Roſarum fac Collyrium ſiccum formando orbiculos ad modum Lentium.*

*Paratur etiam hoc Collyrium ſine Opio, & ſic ſervari etiam debet, ut neceſſitatis tempore utrumque in promptu ſit.*

Re-

Fundación Uriach

Remedium optimum eſt in affectibus oculorum, & præcipue in ophthalmia, lippitudine, & alijs ſimilibus morbis ex humoribus acribus dependentibus. Utimur cum Opio ad ſedandum dolorem, ſi urget neceſſitas, alias ſine Opio tutius præſcribitur. Commendatur etiam in ulceribus meatus veſicæ urinæ cum idoneo liquore iniectum. *Vires, & uſus*

## *COLLYRIVM ALBVM TRIPHERVM dictum Galeni.*

℞ Cadmiæ lotæ, ideſt Tuthiæ præparatæ ——— ʒ xvj.
Ceruſæ lotæ ——— ʒ viij.
Amyli, ——— }
Gummi Arabici, } añ. ʒ iiij.
Tragacanthi ——— }
Opij ——— ʒ ij.

*Excipe cum aqua pluviali, vel roſacea, & fac Collyrium ſiccum. Quod etiam ſine Opio parari poteſt ad eoſdem ferè uſus, ad quos valet ſuperius.*

## *COLLYRIVM CITRINVM VSVALE.*

℞ Sarcocollæ ——— ʒ iiij.
Amyli, ——— }
Tragacanthi, } añ. ʒ ij.
Gummi Arabici ——— }
Opij ——— ʒ j. ſs.

*Omnia ſubtiliſsimè terantur. Opium verò per ſe in lactè mulieris diſſolvatur, vel aqua Roſarum, & additis alijs, redige in pila lapidea ad craſſitiem Mellis liquidiſsimi. Si cum lacte paretur, non niſi poſtulante Medico fiat ne corrumpatur.*

Hoc, & duo ſuperiora Collyria eiuſdem ferè virtutis ſunt, plus vel minus facultatibus diſſimilia; omnia enim vim habent repellendi, exſiccandi, refrigerandi, & mitigandi dolorem. *Vires, & uſus*



Fundación Uriach

## COLLYRIUM CAMPHORATUM Sennerti.

℞ Mucilaginis ſeminum Pſyllij, & Cydoniorum in aqua Plantaginis, & Roſarum extractæ — } aā. ℥ j.
Albuminis duorum Ovorum conquaſſati,
Camphoræ — gr. vj.
*Miſce omnia pro Collyrio.*

*Vires, & uſus* Huiuſmodi Collyrium ut efficaciſſimum, & expertum tradit Sennertus ad ophthalmiam incipientem.

## COLLYRIUM DE PLUMBO Meſues.

℞ Plumbi uſti, —
Antimonij,
Tuthiæ lotæ,
Æris uſti,
Tragacanthi,
Gummi Arabici — } aā. ℥ viij.
Opij — ℥ ſs.
*Omnibus ſubtiliſsimè pulverizatis, ex aqua pluviali fiant lenticulares Trochiſci.*

*Vires, & uſus* Valet ad oculorum dolores demulcendos, & fluxiones reprimendas. Ulcera mundificat, & replet. Diluendum albumine ovi, aqua Roſacea, Plantaginis, & ſimilibus.

## COLLYRIUM DE THURE MESUES.

℞ Thuris — ℥ x.

Amo-

Ammoniaci, }
Sarcocollæ } an. ʒ v.
Croci ʒ ij.
Mucilaginis Fœnugræci q. ſ.
*Fac ex arte Orbiculos exiguos.*

Hoc Collyrium optimum eſt in declinatione inflammationum oculorum, ad diſcutiendum, & reſolvendum, cum lacte mulíebri, vel alio convenienti liquore appoſitum. *Vires, & uſus*

## *COLLYRIVM LIQVIDVM Lancfranci.*

℞ Vini albi optimi Lib. ſs.
Æruginis ʒ j.
Auri pigmenti ʒ ij.
*Trita ſubtiliſsimè vino admiſce, & ſæpiùs agitata repone.*

## *COLLYRIVM ALIVD LANCFRANCI ex Guidone.*

℞ Vini albi electi Lib. j.
Aquæ Plantaginis, }
Aquæ Roſarum } an. ℥ iij.
Auri pigmenti ʒ ij.
Æruginis ʒ j.
*Terenda ſubtiliſsimè tere, ac reliquis admiſce, & frequenter agitata repone.*

Collyria iſta Lancfranci vim obtinent efficacem exſiccandi, & abſtergendi, ideoque commendantur in ulceribus ſordidis, & putridis Illorum frequenter uſus eſt in pudendorum ulceribus. *Vires, & uſus*

Fundación Uriach

# DE OLEIS.

*Oleũ quid* IN deſcribendis reliquis externis medicamentis initium ſumimus a liquidioribus, nempe Oleis á quibus Unguenta, Cerata, & Emplaſtra magnam ſuæ compoſitionis mutuantur partem. Oleum abſolute, & ſimpliciter de eo dicitur, quod ex Olivis maturis extrahitur moderatam habens temperiem, ſeu calidam, & humidam in primo receſſu, pluriumque Oleorum communis materia eſt, herbarum, fructuum, & florum in ſe vires recipiens.

*Differentia* Sunt Olea, vel ſimplicia, & homogenea, quæ nihil habent ab arte præter extractionem, quæ ſine rerum aliarum mixtura peragitur; ut Oleum commune, Amigdalarum, &c. Alia compoſita quæ plurium ſimplicium medicamentorum facultates, varijs, & artificioſis operationibus in ſe recipiunt, ut Oleum Violarum, Hypericonis, &c.

*Modi parandi.* Triplici autem modo parantur Olea in Officinis, ſcilicet per expreſſionem rei, quæ pinguem, & oleoſam continet ſubſtantiam, ut ſunt ſeminum medullæ, & fructuum nuclei putamine detracto. Secundo per impreſſionem, quando ſtirpium, fructuum, florum, & quorumvis ſimplicium vires calore ignis, ſolis, aut rei alterius in Oleum imprimuntur, in eoque remanent. Tertió tandem per reſolutionem, vel diſtillationem per aſſenſum, vel deſſenſum, quomodo elicitur Oleum de lateribus, &c. Sed non ſemper caloris vi per deſſenſum eruuntur Olea: nam ex Tartaro, & Mirrha in ſacculis concluſis in humido loco, ut Cella vinaria ſuſpenſis, vel alio modo poſitis abſque ignis interventu Oleum facile exſudat.

Ad hos generales modos reducuntur Oleorum omnes artificioſæ operationes, peculiares autem præparationes variæ, & multiplices ſunt, præſertim in extrahendis Oleis per expreſſionem, ut ex ſequentibus formis colligi poterit.

## *DE OLEIS PER EXPRESSIONEM factis.*

Fundación Uriach

## OLEVM AMIGDALARVM DVLCIVM quomodo extrahatur iuxta Meſuem in Antidotario.

*Amigdalæ dulces cortice lignoſo, & cute membranoſa pur-*

*purgata, plurimùm teruntur, in offas coguntur: horis circiter quinque loco calido continentur, vel in vaſe duplici hora una coquuntur, aut ſub calente arena, aut cinere, ſacculo involuta, & pannis aliquandiu foventur. Poſtea rurſus teruntur, & ſacculo concluſa torculari exprimuntur: vel trita Amigdala in vaſe, quomodo maſſa ſubiguntur, in aëre calido, pauca aqua calida identidem affuſa. His modis Oleum exprimes largiùs torculari, quod aſſere inferno ſit cavato, & declivi verſus emiſſarium: ſuperno autem pro cavitatis magnitudine, & forma gibboſa, ut undique ceu ſigillo quodam Amigdala æqualiter exprimantur. Hæc Meſues.*

## *MODUS ALTER, ET VSITATIOR.*

℞ Amigdalarum dulcium ſiccarum,
non rancidarum, utroque cortice
lignoſo ſcilicet, & membranoſo
mundatarum ———————— Q. v.

*Contundantur exactiſsimè in mortario lapideo, piſtillo ligneo, poſtea ſi libet tibi in ſartagine, vel opportuno altero vaſe aliquantulum torrefiant, paucula interim affuſa aqua, hùc, & illuc diligenter agitando dum Oleum eveniat. Poſtea ſacculo cannabino forti incluſa torculari committantur, & primò lentè, poſtea fortiter exprimantur, & Oleum expreſſum ſerva.*

Fundacion Uriach

Vulgaris eſt, ſed præſtantiſſimus Olei Amigdalarum dulcium uſus in plurimis affectibus, ob temperatam naturam, & humectandi facultatem. Aſperitates tracheæ arteriæ, pulmonis, & cæterarum partium à ſiccitate, vel á quacunque alia cauſa acri, & mordaci contractas emendat. In dolore colico, nephritico, uterino, & alijs ſimilibus mirificè prodeſt. Solet recenter extractus exhiberi cum ſacharo cande in iure, vel alio idoneo liquore. In partu difficili, & ſecundinas re- *Vires, & uſus*

ten-

tentis laxando, & molliendo optimum eſt auxilium, pariter, & ad iuvandum ſputum in pleuritide, & aſthmate. Venenorum erodentium malignam qualitatem retundit. Doſis eſt ab ℥ j. ad iiij. Exterius applicatum ſiccitates partium emendat, ut in atrophia, maraſmo, & convulſione á ſiccitate, ſeu inanitione. Duros tumores emollit, & quoſcunque dolores partium externarum demulcet.

## *OLEVM AMIGDALARVM amararum.*

*Simili modo, & arte extrahitur, ac Oleum Amigdalarum dulcium.*

*Vires, & uſus* Facultatem habet calefaciendi, incidendi, attenuandi, & tergendi. Etſi raro intus aſſumatur, utile tamen admodum eſt ad obſtructiones aperiendas: ſed exterius adhibitum commoda multa præſtat. Lienis, & aliorum viſcerum tumores, & obſtructiones emendat, flatus, & vapores diſſipat, ſurditati, ſybillo, & aurium dolori non mediocriter confert, vermes enecat, & tumores externos ad reſolutionem ducit.

*Oleum ex Avallanis, ex Nucleis oſsium Malorum Perſicorum, de Cherva, ſive de granis Cataputiæ maioris, ex Carthamo, Nuce moſchata, Nucleis Ceraſorum, granis Citri, Piſtacijs, Nucibus iuglandibus, Nucibus Pini, ex ſemine Cucurbitæ, Cucumeris, Citrulli, & Melonis, & reliqua Olea, quæ ex huiuſmodi fructuum, aut ſeminum nucleis exprimuntur, fiunt ut Oleum ex Amigdalis dulcibus.*

*Oleum ex ſemine Lini, Papaveris, & Lactucæ fiunt etiam ut Amigdalinum, ſeminibus tamen non excorticatis.*

Fundación Uriach

## *OLEVM SESAMINVM.*

*Exprimitur hoc Oleum etiam ut Amigdalinum; Seſami verò ſemina excorticanda ſunt ſecundum Meſuem in hunc modum. Illa ab excrementis libera*

*aqua*

*aqua parum ſalſa irrora, manibus frica, & ſecundò irriga eatenus, ut madeſcant, ſicca modicè aſſa, ſacculo aſpero multum diuque confricando excortica, corticibus expurgatis molantur in farinam, ex quibus Oleum exprimatur, ut ſuperiùs ex Amigdalis exprimendum diximus, & cum eo etiam viribus, & uſibus exterius applicatum convenit.*

*Ex pleriſque etiam ſeminibus oleaginoſis, ut ex ſeminibus Lavendulæ, Hyoſcyami, Raphani, Melanthij, Sinapi, & alijs Olea exprimi poſſunt, quorum expreſſionis modus nullatenus eſt diſtinctus à dictis.*

## OLEUM LAURINUM.

℞ Baccarum Lauri maturarum ——— Q. v.

*In ſufficienti quantitate Aquæ coque, ligneo piſtillo ſæpè inter coquendum tunde donec niger, oleaginoſuſque illarum cortex nucleum omninò deſerat, & illarum pinguis ſuccus ſupernè aſcendat: quo tempore ab igne ablato vaſe, frigidaque ſuperinfuſa aqua Oleum collige, & defæcatum ſerva.*

*Simili modo parari poterit Oleum ex Baccis lentiſcinis.*

Vim ſingularem habet Oleum laurinum calfaciendi, aperiendi, emolliendi, & roborandi. Flatus potenter diſcutit. In dolore colico, & quibuſcumque alijs inferioris ventris affectibus frigidis utiliſſimum remedium eſt, quemadmodum etiam in [illegible] & partium nervoſarum, ac articulorum, qui à frigida cauſa proveniunt. *Vires, & uſus*

Fundación Uriach

## *DE OLEIS PER IMPRESSIONEM ſactis.*

## OLEVM ROSATVM COMPLETVM Meſues.

℞ Olei ex Olivis perfectè maturis, vel ex Seſami ſeminibus recenter expreſsi, multoties Aqua fontana loti ——————— Q. v.
Roſarum rubrarum recentium ——————— Q. ſ.

*Roſas Oleo miſce, mox in vitreo vaſe diebus ſeptem inſola, deinde coque tribus horis in vaſe duplici, poſt exprime, & expreſſas Roſas reijce, atque tantundem Roſarum contuſarum in Oleum immitte, ac rurſus diebus ſeptem Soli expone, poſt hæc ad ignem admota, ut prius, coque, denuo exolutas Roſas reijce, & novas tertiò adde cum aqua infuſionis Roſarum ſecundum artem facta, ut in ſyrupo dictum eſt, quantum eſt quarta pars Olei, atque ita obturato vaſe dies quadraginta inſola, quibus elapſis excola, & demum longo tempore Soli expoſita relinque.*

*Singulis verò Roſarum permutationibus tanta Roſarum quantitas immitatur quanta in Oleo ipſo ſubmergi poſsit. Renodeus libris quatuor Olei libram unam, & dimidiam Roſarum [illegible] addita una libra Aqua infuſionis Roſarum.*

Fundación Uriach

*Vires, & uſus* Huius Olei uſus multiplex eſſe ſolet, vim enim habet refrigerandi, repellendi, roborandi, & ſimul diſcutiendi. Inflammationes extinguit, ventriculum æſtuantem temperat, hepatis, renum, & reliquarum partium ardores mitigat. Dolores capitis, & cæterarum partium à cauſa calida provenientes ſedat, humorum impetum cohibet, atque humores intus clyſtere iniectum prodeſt in dyſenteria.

OLEVM

## OLEVM ROSATVM OMPHACINVM, ſeu incompletum Meſues.

*Fit ex Oleo expreſſo ex Olivis immaturis, & ex Roſis rubris nondum ex toto apertis, eadem arte qua præcedens Roſatum completum fieri ex eodem Meſue dictum eſt.*

Facultates huiuſmodi Olei ſimiles ſunt viribus Roſati completi. Refrigerat tamen hoc magis, & efficacius repellit, ac reſtringit. Frequentiſſimus eius uſus eſt in principio phrenitidis, & alijs affectibus capitis, & præſertim in eius vulneribus ad præcavendum cerebri inflammationem. *Vires, & uſus*

## OLEVM ROSATVM COMPLETVM Arnaldi de Vilanova.

℞ Olei ex Olivis maturis recentis, & loti — Lib. iij.
Foliorum Roſarum recentium contuſarum — Lib. j.

*In ſola quadraginta diebus, vel duobus menſibus in vitreo vaſe benè obturato, ac tandem colatum repone.*

Commendatur in eiſdem præſtandis effectibus, ad quos valet Oleum roſatum completum Meſues; revera tamen imbecillioris virtutis eſt; non modo enim fragrantia, ſed viribus eo, & alijs longè præſtantius eſt à Meſue deſcriptum, iuxta qem modum vellem, ut Pharmacopœi conficerent, nec potiùs labori parcerent, quam ægrorum ſaluti conſulerent. *Vires, & uſus*

## OLEVM VIOLARVM Meſues.

*Paratur à Meſue ex floribus Violarum, eiſdem ſervatis quantitatibus, & modo in Oleo roſato propoſitis. Conſici etiam ſolet ex Oleo Olivarum immaturarum expreſſo, ut Roſatum Arnaldi.*



Fundación Uriach

Non admodum diverſe ſunt vires huius Olei à facultatibus
*Vires, & uſus* Olei roſati; refrigerat enim, dolores ſedat, & inflammationes corrigit: ſed non reſtringit, roborat, neq; repellit, ut Roſatum, qua ratione Chirurgi in vulneribus capitis, & aliarum partium, in quibus timetur fluxio, & inflammatio, potiús Roſato, quam Violato uti debent. Valet autem ad apoſtemata calida contemperanda, ad calorem, & ſiccitatem ſpinæ emendandum, ut in maraſmo, & in convulſionibus, tremoribuſque á ſiccitate, & acrimonia per febrilem calorem contractis. In pleuritide, & peripneumonia lenit pectoris aſperitates, inſtrumentaque ad expuendum lubrica reddit. Phreniticis, & vigilibus, fronti, & temporibus impoſitum ſomnum conciliat. Renibus, hepatis, ac præcordijs adhibitum immoderatos æſtus mitigat.

## OLEVM NENVPHARIS.

*Eodem modo conficitur ex floribus Nenupharis, ut Roſatum, & Violatum.*

Oleum Nenupharis, ſeu Nimpheæ vires habet Violati, ſed in-
*Vires, & uſus* tentiús refrigerat. Somnum conciliat, ardores partium contemperat, genitalibus illitum, aut iniectum gonorrheam mitigat, & cohibet, veneris motus, & tentiginem arcet.

## OLEVM PAPAVERIS.

*Fit ex floribus, & folijs Papaveris albi eodem modo quo antedicta.*

*Vires, & uſus* Magis refrigerat hoc Oleum quam Nenupharinum, & ſtuporem inducit. Fronti, auribus, naribus, & temporibus illitum ſomnum frigiditate, & humiditate inducit. Renum doloribus ex vehementi intemperie calida medetur.

Fundación Uriach

## OLEVM CAMÆMELINVM.

*Paratur ex maturo Oleo, ut Roſatum Meſues, vel Arnaldi.*

Vim

Vim habet calefaciendi, & reſolvendi cum modica adſtrictione. Anodynum, ſive ſedativum doloris eſt. Prodeſt maxime in affectibus frigidis, & humidis. In dolore colico, articulari, ac cæteris alijs ſalubre admodum eſt, laſſitudines tollit; flatus diſſipat, corporis conſtipationes, hypocondriorum tenſiones, & lateris dolores laxando, & reſolvendo emendat. *Vires, & uſus*

## OLEVM ANETHINVM.

*Ex floribus, & ſeminibus Anethi paratur, ut Camæmelinum.*

Excalfacit etiam Oleum hoc, attenuat, & reſolvit, dolores à cauſa frigida ſedat. Tumores crudos concoquit, laxat, & ad reſolutionem ducit. Uteri duritiem emollit, & menſtrua provocat. Ad diſcutiendos flatus, & roborandos nervos magnum eſt auxilium. Febrium rigoribus ſpinæ appoſitum prodeſt. *Vires, & uſus*

## OLEVM LILIORVM ALBORVM.

*Hoc Oleum, abiectis intermedijs illis croceis, paratur ex floribus Liliorum alborum, ut ſuperiora.*

Duobus immediatè ſuperioribus Oleis ſimile facultatibus eſt; reſolvit enim, digerit, & dolores à cauſa frigida thoracis, ventriculi, inteſtinorum, uteri, ureterum, veſicæ, & partium nervoſarum mittigat. Flatus diſcutit, menſes provocat, & in gravidis partum facilitat. *Vires, & uſus*

*Oleum ex Meliloto, ex floribus Lavendulæ, Sambuci, Cheyrinum, ſeu ex Violis luteis, ex floribus Iazmini, & reliqua Olea, quæ ex floribus plantarum fiunt, eodem modo, quo Arnaldi Roſatum paratur, hoc ſolum intercedente diſcrimine, quod refrigerantia ex Oleo ex acerbis Olivis, cætera ex Oleo Olivarum maturarum expreſſo fiant.*

Fundación Uriach

## *OLEUM MYRTINUM MESUES emendatum.*

℞ Olei ex immaturis Olivis ——————— Lib. iij.
Sumitatum tenerrimarum Myrti ——— Lib. ij.
Succi extremitatum Myrti cum irroratione vini optimi, & adſtringentis ſ. a. extracti ——————— Lib. j.

*Coque in diplomate ad vini, & ſucci conſumptionem, cola, & ſerva.*

*Vires, & uſus.* Myrtinum, ſeu Myrtillorum Oleum refrigerat, denſat, adſtringit, & roborat. Utile admodam eſt in vomitionibus, dyarrheis, & alijs fluxionibus. Ventriculum, & quaſcumque aliàs partes quammaxime firmat. Luxatos articulos, confracta oſſa, & omnia, quæ adſtrictionem expoſtulant, corrobarat, capillos retinet, eorumque defluvium ſiſtit.

## *OLEUM CYDONIORUM MESUES.*

℞ Cydoniorum redolentium penè immaturorum cum corticibus, & ſeminibus tritorum ———
Succi Cydoniorum etiam immaturorum ——————— } añ. Lib. ſs.
Olei Omphacini ——————— Lib. iij.

*In benè occluſo vaſe diebus quindecim Soli expoſita relinque, mox in diplomate horis quatuor fervere permitte, & cola, rurſuſque tantundem Cydoniorum, & ſucci eorundem adde, & ut prius ad Solem macera, coque, & cola. Id ipſum, & tertio repete, atque colatum, ut decet ſerva.*

*Vires, & uſus.* Hoc Oleum Melinum Dioſcoridi dicitur, refrigerat, adſtringit, & robo[...] quemadmodum Myrtinum, in eiſdemque affectibus adhibetur.

*OLEUM*

Fundación Uriach

## OLEVM DE ABSINTHIO.

℞ Comarum Abſinthij contuſarum —— Lib. ij.
Succi Abſinthij cum inſperſione
ſeu irroratione vini odoriferi
extracti —— Lib. j.
Olei communis —— Lib. iij.

*Coque in duplici vaſe ad humoris conſumptionem, postea cola, & exprime, Oleumque ſerva.*

Calefacit hoc Oleum, & roborat ventriculum, ubi poriſſimùm á frigida intemperie langueſcit, appetentiam deiectam excitat, coctionem iuvat, flatus diſſipat, & lumbricos enecat. *Vires, & uſus*

## OLEVM RVTÆ.

*Præparatur eodem modo quo præſcriptum de Abſinthio.*

Illitum hoc Oleum calefacit, tenuat, & digerit. Clyſteribus iniectum colicum dolorem ſedat, pituitam vitream ejicit, & flatus diſcutit. In affectibus uterinis á cauſa frigida ortis ſummoperè prodeſt, atque paralyſi, & convulſionibus á frigidis humoribus provenientibus modetur. *Vires, & uſus*

*Oleum Sabinæ, Pulegij, Menthæ, Tamariſci, Sampſuchi, Salviæ, & alia quæ ex plantarum frondibus ſunt conficienda, cum Oleo ex maturis Olivis expreſſo ad normam Olei de Abſinthio parantur.*

Fundación Uriach

## OLEVM IRINVM MESVES.

℞ Radicum Iridis contuſarum —— Lib. j.
Florum eiuſdem —— Lib. ij.

Ma-

*Macerentur ſufficienti quantitate decocti aliarum radicum Iridis, quibus adde*

Olei dulcis — Lib. iiij.

*Coque omnia ſimul in duplici vaſe blando igne ad conſumptionem ſeroſæ humiditatis, & cola, atque denuò, & tertiò fac ſimiliter, novas ſemper radices, & flores macerando, & exprimendo, colatumque poſtremò expreſſum ſerva.*

*Vires, & uſus* Irinum Oleum calefacit, emollit, penetrat attenuat, atque potenter digerit, & reſolvit, Strumas, alioſque tumores duros diſſipat, lienis, hepatis, uteri, & articulorum duritics emollit, & diſcutit, ſonitus aurium tollit, aſthmati ſuccurrit, ac dolores à materia frigida natos ſedat.

## *OLEVM NARDINVM COMPOSITVM Meſues.*

℞ Spicæ Nardi — ℥ iij.
Sampſuchi, ideſt Maioranæ — ℥ ij.
Ligni Aloës, —
Helenij, ideſt Enulæ campanæ, —
Folij Indi,
Calami aromatici,
Foliorum Lauri, } añ. ℥ j. ſs.
Cyperi,
Schenanthi,
Cardamomi —

*Contunde omnia craſſiuſculè, quibus deinde affunde.*

Vini, —
Aquæ fontanę — } añ. q. ſ.

Olei Seſamini — Lib. vj.

*Macerata viginti quatuor horis decoquantur lentè ad horas ſex, ſenſim illa ſæpiùs movendo, cola, exprime, & colatum Oleum ſerva.*

Prop-

Fundación Uriach

Propter inſignes virtutes quas habet hoc Oleum, benedictum fuit appellatum. Vim obtinet calfaciendi, attenuandi, & digerendi, cum modica tamen adſtrictione. In affectibus omnibus frigidis, & flatuoſis ventriculi, cerebri, hepatis, lienis, & uteri plurimum confert. Naribus impoſitum caput purgat, ac aurium dolores mittigat. *Vires, & uſus*

## *OLEVM COSTINVM MESVES.*

℞ Coſti amari ——— ℥ ij.
Caſsiæ ligneæ ——— ℥ j.
Sumitatum Sampſuchi ——— ℥ viij.
Vini ad infundenda ſupradicta ——— q. ſ.
Olei Seſamini ——— Lib. iij.

*Optimè trita macerentur biduo, deinde coquantur duplici vaſe, ad vini conſumptionem, cola, & expreſſum Oleum ſerva.*

Vim habet calefaciendi, attenuandi, & aperiendi cum aliqua adſtrictione; ideoque partes nervoſas, muſculoſas, ac tendonoſas roborat, earumdemque affectus a quacunque frigida cauſa natos, & dolores emendat. Spinæ illitum febrilem rigorem mittigat, capillos tenaciús affigit, ac mucoſo humore canitiem accelerante conſumpto retardat. *Vires, & uſus*

## *OLEUM MOSCHELINVM NICOLAI Alexandrini.*

℞ Olei puri ——— Lib. viij.
Aquæ ——— Lib. iij.
Folij,
Spicæ Nardi,
Coſti,
Maſtiches ———
Styracis Calamitæ, ——— } añ. ℥ iij.
Croci,
Mirrhæ electæ,
Caſsiæ ligneæ,
Cinnamomi ——— } añ. ℥ j. ſs.

Car-

Carpobalſami, ——————— }
Caryophyllorum, } an. ℥j.
Bdellij ——————— }
Moſchi ——————— ʒ vj.
Nuces Indicas ——————— N. iiij.

*Folium, Mirrham, Caſsiam, Carpobalſamum, & Bdellium contuſa, & in Aqua, & Oleo per biduum infuſa coque ad aquæ conſumptionem, & poſt infrigidationem cola, deinde reliqua omnia in tenuiſsimum pulverem redacta inſperge, atque parumper decoque: in parte verò Olei diſſolve Styracem, Maſtichem, & Moſchum, qua ratione ſoluta immitte, iterumque ebullire modicum ſine, atque Oleum non colatum, & infrigidatum repone, & ſerva, ubi verò Aromata ſubſiderint, agitato interdum vaſe, cõmiſce.*

*Vires, & uſus* Præſtantiſſimum eſt hoc Oleum in frigidis affectibus. Ventriculum debilem calefacit, & roborat, dolorem lateris ſedat, dolori colico, ſtranguriæ, & nervorum vitijs confert.

## *OLEVM DE CAPPARIBVS IOANNIS Iacobi de Manlijs.*

℞ Corticum radicum Capparis ——— ʒ viij.
Radicum Iridis, ——— }
Florum Viticis, ——— } an. ʒ iiij.
Sumitatum Myricæ, ideſt Tamariſci — }
Vini ——————— ℥ iiij.
Olei ——————— Lib. ij.

*Coque in diplomate ad vini conſumptionem, & colatum Oleum repone.*

Fundación Uriach

*Vires, & uſus* Hoc Oleum ad curandos lienis affectus maximoperè confert; eius enim durities, obſtructiones, & dolores perſanat, meatus cutis aperit, humores reſolvit, & flatus diſcutit. Valet etiam in ſimilibus affectibus meſenterij, pancreatis, & uteri.

OLEUM

## OLEVM DE CROCO MESVES.

℞ Croci ———————————— ℥j.
Mirrhę ———————————— ʒ iij.
Cardamomi ———————————— ʒ viij.
Aceti ———————————— q. ſ.
Olei ———————————— Lib. j ſs.

*Crocum, & Myrrham diebus quinque Aceto macera, die ſexto adde Cardamomum, ſeptimo autem Oleum admiſce, coquanturque igne lento ad Aceti conſumptionem.*

Vim habet inſignem roborandi nervos, & uterum, quarum partium etiam dolores ſedat. Durities emollit, flatus diſcuti t, & vividum corpori colorem præſtat. *Vires, & uſus*

## OLEVM HYPERICONIS NARCISI *Solani.*

℞ Olei Roſati ———————— } añ. Lib. v.
Olei ex floribus Cynosbatos ———— }
Olei Myrtyni ———————————— Lib. ij.
Lumbricorum terreſtrium vino albo mundatorum ———————————— Lib. iij.
Hypericonis cum ſemine decerpti poſt Idus Iulias ———————————— M. iij.
Reſinæ Abietinæ ———————————— Lib. iij.
Mirrhæ electiſsimæ, ———————— } añ. ℥
Croci optimi ———————————— }

*In vino Malvatico contuſo Hypericone, macera, & inſola triduò: oleis deinde, vermibus, herba, & vino ad meri conſũptionẽ ebullitis invicẽ colo tranſfuſis, & expreſsis, miſtis liquori reliquo Terebenthina,*



Fundación Uriach

*Myrrha, & Croco in ampulla vitrea, ea obturata, fictili arena pleno, vel cinere (inſtar deſtillationis Roſarum) ſuppoſito, cæterum ſuper prunas ſito, ferveſactis, & colatis etiam in vitro præſcripto occluſum quod ſupereſt, quinque dies inſoletur, aut ſex, ſtudioſèque reconditum diutiſſimè aſſervetur uſui; vetuſtate autem perfici experientia docuit.*

*Vires, & uſus* Facultatem obtinet hoc Oleum calefaciendi, exſiccandi, & roborãdi. Valet in dolore colico, nephritico, & ſchyadico. Nervos inſigniter roborat, echymoſim delet, partibus contuſis, & ambuſtis prodeſt, in vulneribus capitis, & aliarum partium opportune illicum mirificè prodeſt; roborat enim, excrementa detergit, exſiccat, & agglutinat. Dolores articulorum, & quoſcunque aliarum partium à frigido contractos mittigat.

## *OLEVM APPARITII.*

℞ Olei communis veteris ——— Lib. iij.
Olei Abietis ——— Lib. ij.
Tritici ——— ℥ iiij.
Mirrhæ ——— ℥ j.
Fructus Balſaminæ,
Florum Roris marini,
Salviæ,
Hypericonis,
Cardui Sancti,
Thuris optimi,
Radicum Valerianæ ——— } añ. ℥ j. ſs.
Vini Malvatici, vel alterius albi
& generoſi ——— q. ſ.

*Herbæ, Flores, Radices, Fructus, & Triticum inciſa, & contuſa in vaſe fictili vitreato ſtricti, oris, vel*

in

Fundación Uriach

*in bocia vitrea, loco calido per biduum macerentur cum dicto vino ad ſupereminentiam unius digiti, poſtmodum addatur Oleum commune, ligneaque ſpathula miſceantur, & obturato vaſe in cineribus calidis tribus diebus permanere ſine, bulliant deinceps ad humiditatis ſeroſæ conſumptionem; ab igne verò amota, & infrigidata, ſacculo cannabino forti in vino albo madeſacto includantur, & torculari exprimantur: Oleo huic expreſſo ſuperaddatur Abietinum, poſtea Thus, & Myrrha in portione prædicti Olei priùs diſſoluta inſpergantur, diligenterque permiſceantur, & per quartam horæ partem ebulliant, ab igne tandem remota citra ulteriorem colaturam reponatur Oleum in vaſe vitreo bene obturato, & ſervetur.*

Non admodum diſſimiles habet vires hoc Oleum à facultatibus prædicti ex Hypericone, calfacit enim, exſiccat, detergit, agglutinat, & roborat. Eo frequenter, & cum fœlici ſucceſſu utuntur Chirurgi in vulneribus recentibus, præcipuè ſimplicibus. Mamillarum ſciſſuras perſanat, earumque dolores demulcet, doloribus hæmorroidum auxiliatur, medatur ambuſtis, tam ab igne, quam ab aqua, punctis, ſauciatiſque nervis utiliter illinitur, & veſparum ictus ſanat. *Vires, & uſus*

## *OLEVM LIGNI GVAYACI COMPOSITVM Mercati.*

℞ Raſuræ interioris Ligni Guayaci —— Lib. ſs.
Radicis Chinæ ſubtiliter raſæ —— ℥ij.
Brioniæ, ——————
Enulæ Campanæ,
Cucumeris agreſtis, } an. P. ij.
Fumariæ,
Chamæmeli ——————

Fundación Uriach

Olei Anethini ———————————— Lib. iiij.
Vini albi - ————————————— - Lib. ij.
*Sinito ſimul macerari ſeptem dierum ſpatio, poſtea bulliant ad vini conſumptionem, & poſt colaturam in vitreo vaſe triginta dierum ſpatio ſerventi Soli exponatur, & uſui ſervetur.*

*Vires, & uſus* Hoc Oleum ſic deſcriptum eſt à Ludovico Mercato lib. 2. de morbo Gallico cap. 6. Miræ efficaciæ eſt ad emolliendos, diſcutiendoſque tumores, & humores lue venerea infectos, tum etiam ad ſedandos dolores moleſtos ab eadem cauſa ſubortos.

## *OLEUM MASTICHINUM MESUES.*

℞ Olei Roſati completi Meſues ——— Lib. j.
Vini albi odoriferi ——————— ℥iiij.
Maſtiches ——————————— ℥ iij.
*Coque ſenſim ad vini conſumptionem addendo Maſtichen non in principio, ſed abſumptis iam pluſquam duabus partibus vini, cola, & repone.*

*Vires, & uſus* Adſtringit, & mediocriter calfacit. Cerebrum, nervos, ventriculum, hepar, & articulos roborat. In lyenteria, & cœliaca ſalubris exiſtit, immodicas evacuationes, ſive per alvum, ſive per uterum emendat, doloreſque ſedat.

## *OLEUM DE STYRACE MESUES.*

℞ Olei Seſamini ———————— Lib. j.
Styracis Calamitæ - ———————
Vini odoriferi - ——————— } an. ℥ iiij.
*Eodem modo, ac ſuperius, hoc Oleum para.*

*Vires, & uſus* Vehementer calefacit, atque etiam emollit. Confert in doloribus renum, veſicæ, uteri, muſculorum, tendinum, & iuncturarum à frigiditate provenientibus. Commendatur quoque in ſcabie.

*OLEUM*

Fundación Uriach

## *OLEUM DE EUPHORBIO Meſues.*

℞ Euphorbij —————————————— ℥ſs.
Olei Cheirini ——————————— } an. ℥v.
Vini odoriferi ——————————— }
*Similiter, ut ſuperiora fiat.*

Calefacit, & ſiccat vehementiſſimè hoc Oleum. Plurimum valet in affectibus frigidis cerebri, nervorum, articulorum, lienis, & hepatis, cavendum tamen ne à principio adhibeatur. *Vires, & uſus*

## *OLEUM CASTOREI ARNALDI de Vilanova.*

℞ Caſtorei —————————————— ℥j.
Olei veteris clari ——————————— Lib. j.
Vini fulvi odorati ——————————— ℥iij.
*Pulpam teſtium Caſtoris tenuiter pulverizatam cum Oleo, & Vino, ad vini conſumptionem coque, & non colatum repone.*

Vim obtinet calefaciendi, incidendi, & attenuandi craſſos, & viſcidos humores. In quibuſcumque affectibus à cauſa frigida factis, præcipue nervorum, & articulorum utiliter uſurpatur. Convenit in paralyſi, & cōvulſione. Frigora, horrores, & acerrimos rigores febrium, ſpinæ dorſi illitum corrigit. *Vires, & uſus*

## *OLEUM VULPINUM MESUES.*

℞ Vulpem ætate florentem integram, exanteratam tamen, & internis carentem.
Aquæ Fontanæ ——————————— } an. Lib. iij.
Aquæ marinæ ——————————— } vel q. ſ.
Salis ——————————— ℥iij.

Olei

Olei antiqui clari——————————— Lib.iij.ſs.

*Coquantur lento igne ad aquæ abſumptionem, & artuum Vulpis diſſolutionem. Poſtea aquam dulcem (cui herbarum Hyſſopi, & Anethi ana manipulus unus incoctus ſit) affunde vaſi, & accipe*

Herbæ Anethi,——————— } añ. Lib.j.
Thimi———————— }

*Iterum coque ſimul ad humiditatis aqueæ conſumptionem, cola, & repone.*

*Vires, & uſus* Validam, & efficacem vim habet digerendi, & reſolvendi. Nervoſas partes quammaxime roborat, earumque dolores placat, aliarumque partium morbis á cauſa frigida dependentibus medetur.

## OLEUM SCORPIONUM MESUES.

℞ Scorpionum magnorum vivorum——— N.xx.
Olei Amigdalarum amararum——— Lib. ij.

*Diebus triginta Soli expoſita relinque in vitreo vaſe adſtricti orificij, & optimè occluſo, deinde cola, & repone. Vel per ſpatium dierum octo ſuper cineribus calidis detineantur: tandem verò leviter incocti colentur, & exprimantur.*

*Vires, & uſus* Facultatem habet attenuandi, & ſcindendi quemlibet humorem craſſum, & aperiendi meatus quoſcumque obſtructos. Renum, & veſicæ lapides expellit, & dolores mittigat, grumos ſanguinis in ijs partibus, vel in utero detentos, attenuat, diſſolvit, & ad excretionem parat, ſi lumbi, ilia, vel pecten ex eo illinantur.

## OLEUM DE CATELLIS MAGATI
### ex Pharm. Mediol.

℞ Olei Violati——————— Lib.iiij.
Catellorum recenter natorum——— N.ij.
Vermium terreſtrium——————— Lib. j.

The-

Fundación Uriach

Therebentinæ optimæ —————————— ℥ iij.
Spiritus vini —————————————— ℥ j.
*In fictili vaſe cum Oleo coquantur Catelli uſque ad perfectam partium diſſolutionem, addendo in fine decoctionis vermes mundatos, & ſemel, vel bis vino albo lotos: ab igne remota, & refrigerata ſacculo cannabino incluſa torculari diligenter exprimantur, in colatura calefacta diſſolvatur, exactèque permiſceatur Therebentina, denique Aquam vitæ adde, repone, & ſervetur Oleum ad uſum.*

Utile quammaximè eſt in puncturis, & vulneribus nervorum, tam ab inciſione, quam á bellico fulmine illatis, dolorem ſedat, & convulſiones prohibet. In alijs ſclopetorum vulneribus cuiuſcumque partis ſummoperè etiam prodeſt, ſuppurationem adiuvat, & partes roborat. *Vires, & uſus*

## *OLEVM EX VIPERIS MESVES.*

℞ Viperarum integrarum ————————— Lib. j.
Olei Seſamini ————————————— Lib. ij.
Vini odoriferi ————————————— Lib. j.
*Coque igne lento in terreo vitreato vaſe anguſti orificij, exactè tamen obturato (ne illius noxio vapore offendaris) ad carnium viperarum diſſolutionem, & colatum uſui ſerva.*

Valet ad curandam pſoram, impetiginem, elephantiaſim, & alia cutis vitia. Prodeſt in ulceribus a lue venerea contractis, cruciantesque dolores ab eadem cauſa emanantes demulcet. *Vires, & uſus*

Fundación Uriach

*Oleum Lacertarum, Vermium terreſtrium, Ranarum, Siccadarum, Formicarum, Muſcarum, & alia Oleorum genera, quæ ex animalibus, ſeu eorum partibus confici poſſunt, cum Oleo communi ad normam Olei viperini parari poterunt.*

## *DE OLEIS PER RESOLUTIONEM factis.*

## OLEUM OVORUM MESVES.

℞ Vitellorum Ovorum elixatione induratorum ———— N.xxx.vel q.v.

*Manibus eos comminue, & in ſartagine figulari vitreata, ſive plumbea, ligno, aut ferreo cochleari movendo moderato igne frige donec rubeſcant reſolvaturque ab eis Oleum, quod abundantius dabunt, ubi compreſſi cochleari fuerint, vel ſi adhuc calentes tela cannabina, aut ſacculo pilis contexto excipiantur, & prælo committantur, ut Oleum efluat.*

*Vel induratos Vitellos comminue, malaxa, & torculari exprime, ut in Oleo Amigdalino fieri, dictum eſt: ſed inefficacius erit Oleum.*

*Vel diſtillatorio vaſculo poſiti vitelli per Chymicam artem Oleum eliciatur eo modo, ac Oleum de lateribus mox explicandum.*

*Vires, & uſus* Ad auferendum cutis fœditatem, & quæcumque illius vitia commendatur hoc Oleum, Impetiginem, ſerpiginem, & ſimiles cutaneos affectus ſanat, cicatrices ex ambuſtione relictas delet, partique decorem reddit, aſperitates, & rimulas, ſeu fiſſuras manuum, pedum, & ani curat, pilos regenerat, & auget, dolores denique ab acribus humoribus infeſtantes ſedat.

## *OLEUM DE LATERIBUS MESVES.*

℞ *Vetuſtos Lateres, maximè ex terra rubeſcente coctos, in fruſtra magnitudinis Nucis Iuglandis partitos, & igne ardente donec penitus igneſcant, rubeantque, ſuccende: quando Oleo veteri claro imbue,*

*bue, atque eatenus, quò largiter madidi extinguantur, quos ita extinctos, & probè per ſe exſiccatos exactiſsimè tere, ac per denſiſsimum cribrum concerne, mox in vitreatam ollam figulinam, vel cucurbitam, aut anguſti oris robuſtum vitrum conÿce, quod alterum incumbens vaſculum obturatum adſtrictè habeat, deinde ſubiectis accenſis in fornace carbonibus attentè diſtilla, emananſque Oleum, ut artis eſt, recollige, & repone, quò enim antiquius eò praſtantius.*

Hoc Oleum rectè de lateribus dictum, à quibuſdam ſpecioſiori nomenclatura ſanctum, divinum, & benedictum fuit appellatum, ab alijs Petroleum artificiale ad differentiam naturalis, quod e ſaxis ſponte, & naturaliter diſtillat; Spagirici verò arroganter Oleum Magiſterij, Sapientiæ, & Oleum Philoſophorum nuncuparunt, quaſi per antonomaſiam Philoſophi ſint Chimici; verum, inquit Sylvius, quod re non conſequuntur id nomine quærunt. *Annotatio.*

Potenter calefacit, ſiccat, & tenuitate ſubſtantiæ profundum penetrat, excrementitiam omnem materiam digerit, diſcutit, & abſumit. Omnibus doloribus à cauſa frigida factis conducit. Lienis, renum, veſicæ, nervorum, uteri, & articulorum frigidis affectibus multum prodeſt. Valet non minus in lethargo, epilepſia, vertigine, paralyſi, & oblivione. *Vires, & uſus*

## *OLEUM MIRRHÆ.*

℞ Ova recentia ——————— N. xij. vel q. v.

*Coquātur in aqua communi donec induruerint, deinde per mediam longitudinem incidantur, & exemptis vitellis, cavitates illorum Mirrha electa, pingui, ac trita impleantur, partes albuminum iungantur, filoque leviter adſtringantur, & in loco ſubterraneo, ut cella vinaria, vel alio humidiori ſuſpendantur, ita ut Mirrha liquor in vas aliquod vitreum ſubmiſſum per deliquium diſtillet. Vel craticulæ inter duas paropſides ſuperponantur. Vel ſi libet ponantur albumina in vaſe parte inferiori foraminoſo cum*



Fundación Uriach

*ſui receptorio; utroque enim modo brevi ſpacio temporis tota Mirrhæ ſubſtantia in Oleum diſſolvetur.*

*Vires, & uſus* Calefacit hoc Oleum, ſiccat, & à putredine præſervat. Commendatur ad curanda ulcera putrida, ſordida, & virulenta. Cutaneos affectus efficaciter detergit, maculas faciei delet, & ſplendorem illius auget. Valet quoque ad ſurditatem removendam.

## *OLEUM TARTARI.*

℞ Tartari optimi —————————— q. v.

*Ponatur in Olla fictili, vel altero idoneo vaſe, & in fornace, vel furno calcinetur, ut albeſcat, deinde refrigeratum teratur, & in manica Hyppocratica, aut ſimili conceptaculo pyramidali reponatur, atque in humido loco per tres, aut quatuor dies ſuſpendatur, ſuppoſito idoneo vaſe excipiente liquorem, ſeu Oleum quod ſenſim diſtillabit.*

*Vires, & uſus.* Potenter vitia cutis detergit, rugas, & ſcabiem tollit, ulcera capitis manantia curat. Plurimum etiam confert ad curandas puſtulas ex lue venerea contractas. Prodeſt quoque ad reſerandas obſtructiones, menſes movendos, & meatus aperiendos, ſi cum idoneo liquore guttæ aliquæ illius debitè ſumantur.

## *OLEUM TEREBENTHINÆ.*

℞ Reſinæ Terebenthinæ —————————— q. v.

*Impone capaci retortæ, ſeu vitreæ cucurbitæ, & arte diſtillatoria in arena ſepelita, igneque inferius ſuccenſo Oleum elice. Primum autem aquam reddet, poſt una cum aqua Oleum clarum, mox Oleum aurei coloris, ac demum Oleum fuſcum, & craſſum, quæ ſeorſim per ſe repone.*

*Simili modo ex Colophonia, Reſina Pini, & alijs Reſinis diſtillatur Oleum.*



Fundación Uriach

Oleum Terebenthinæ exterius adhibitum in affectibus frigidis partium nervoſarum, atque ideo in paralyſi efficax remedium eſt. Vulnera carne implet, agglutinat, & ad cicatricem perducit. Plurimùm etiam valet ad extinguendum hydrargyrum. Guttæ aliquæ illius cum idoneo liquore intus aſſumptæ calculum expellunt, aſthmati, empyemati, dolori colico, & flatibus contumacibus auxilio ſunt. *Vires, & uſus*

## *OLEVM SVLPHVRIS.*

℞ Sulphuris vivi, ſive ignem non experti —————————— q.v.

*Accuratè tere, & in ollam novam vitreatam, ſive aliud vas ſimile, conijce, cui vitrum diſtillatorium in corona perforatum aptandum eſt, quo per foramen ſulphur ſuper prunas poſitum commodè virgula ardente immiſſa ſuccendi queat: mox diligenter hoc ipſum contectum ſerva, ut neque à vento, aëreve noxa contrahatur, neque tranſpiret. Deinde ex vaporibus ſurſum elatis fluit Oleum, quod alembico more in catinum ſubiectum diſtillans, excipe, & ſerva. Quod pluribus alijs modis educi poteſt, ut apud Auctores videre poteris.*

Valet Oleum Sulphuris ad cutis fœditates delendas, dentes dealbandos, eorumque cariem conſumendam, & ulcera venerea ſananda. Prodeſt etiam in alijs ulceribus, cavis, ſinuoſis, & malignis. Odontalgiæ etiam proficit, ſi eo dens affectus leviter tangatur. Interiùs aſſumptum commendatur in epilepſia, aſthmate, & multis alijs pectoris affectibus à materia craſſa, frigida, & putri ſubortis ſi ex conveniente liquore in quantitate moderata exhibeatur. *Vires, & uſus*

Fundación Uriach

## *OLEVM IVNIPERI MESVES.*

℞ Sermentorum Iuniperi tenuium ——————— q.ſ.

*Quibus vas vitreatum oris anguſti reple, laminam ferri tenuem foraminibus multis cribri triticei*

*inſtar pertuſum, toti ori applica, luta eandem cum ore dicti vaſis, tum alterius minoris etiam vitreati Oleum excepturi, quod terra ubi infoderis igni luculento maius alterum Iuniperi fruſtra capiens circundaboris duabus, ſicque Oleum in vas minus diſtillabit.*

*Hac eadem ratione, & artificio ex quibuslibet Lignis oleagineis, & pinguibus Olea fieri poſſunt.*

*Vires, & uſus* Commendatur ad vitia cutis, ut ſerpiginem, morpheam, & quaſdam aliás profundiores affectiones cutaneas. Prodeſt quoque renum morbis, utero frigidiori medetur, eumque ad conceptionem magis idoneum reddit.

## *OLEUM, ET SPIRITUS VITRIOLI EX Pharm. Lugd.*

℞ Vitrioli, vel Sole, vel igne, ad albedinem ſolum, non ad rubedinem, calcinati ———————— q.v.

*Diſtilletur igne nudo, ex retorta optimè lutata, in recipiens capaciſſimum, commiſſuris exactè clauſis, igne gradatim adhibito. Poſt tres circiter horas, Phlegma ſtillare incipit: quod ſubſequuntur tandem poſt horas ſex, aut ſeptem, Spiritus albi, ac nebuloſi, aucto paulatim igne. Apparentibus Spiritibus, continuandus, ac pedetentim augendus ignis, donec nulli ſpiritus amplius egrediantur, quod cognoſci poteſt, ſi recipiens pellucidum appareat. Diſtillatis in cucurbitam transfuſis, Spiritum volatilem ſulphureum dulcem in B. M. primum elicies: poſtea Phlegma aſcendet, mutato recipiente, idque donec acidæ guttæ extillare incipiant. Tunc enim reliquum in retortam vitream transferendum, quæ in cinere locata, pelletur,*

&

*& exibit Spiritus clarus ſeorſim ſervandus. Quod verò de iſto Spiritu poſtremum in retorta manet, Oleum (quamquam impropriè) nuncupatur, rubicundum id quidem, & acre: quod ipſum, mutato recipiẽte, auctoque igne, totum etiam extillari, ac ſeorſim ſervari poteſt.*

Propter efficaces, & intenſas vires, quas habet Oleum vitrioli per ſe ſolum non intus aſſumitur, ſed vel aquis, vel decoctis, vel rebus alijs convenientibus permixtum. Tenuitate enim partium cito penetrat, liquores ad remotas partes defert, & obſtructiones tollit; aciditate putredinem arcet, proptereaque malignis, febribus, ac peſtilentibus quam plurimum confert. Urinam, calculos renum, & veſicæ provocat, & detrudit. Doſis ſit a gut. vj. uſque ad x. in liquore idoneo. *Vires, & uſus*

## *BALSAMVM GVIDONIS EX Meſue.*

℞ Mirrhæ electæ,
Aloës hepaticæ,
Spicæ Nardi,
Sanguinis Draconis,
Thuris,
Mumiæ,
Opoponacis,
Bdellij,
Carpobalſami,
Ammoniaci,
Sarcocollæ,
Croci,
Maſtiches,
Gummi Arabici,
Styracis liquidæ — an. ℥ij.
Terebenthinæ electæ — *ad pondus omnium.*

*Arida terantur, & vino albi odoriferi ſufficienti quan-*

Fundación Uriach

*quantitate macerentur, poſtea percolentur, & ſimul omnia Terebenthinæ commiſceantur. Tota mixtura alembico ponatur, & ignis calore diſtillentur, & primùm liquor exibit tenuis, deinde craſſius, & ex rubro flaveſcens, qui Balſamum optimum eſt.*

*Vires, & uſus* Inſignes, & efficaces vires obtinet hoc Balſamum ſive Oleum. Potiſſimum nervoſas partes roborat, intemperiem frigidam tollit, nativum partium calorem excitat, & fovet, atque robur membris conciliat. Mirum immodum ſtupori, & paralyſi ſuccurrit ſi dorſi ſpina eo illiniatur. Si cum paralyſi ſit impedita locutio ſummopere prodeſt ſi parum illius in aures, vel nares immittatur, aut aliquot guttæ ſub lingua contineantur.

## *BALSAMVM MIRABILE RENODEI.*

℞ Foliorum, & Florum, vel granorum Androſæmi,
Foliorum, & Florum, vel ſumitatum Hyperici,
Sumitatum Botryos utriuſque,
Foliorum Hederæ terreſtris — an. M. ij.
Salviæ utriuſque,
Chamœpythios — an. M. ſ.
*In vaſe fictili macerentur per duos dies in*
Vini albi, & generoſi — Lib. ij.
Olei veteris — Lib. ij. ſ.
*Bulliant lento igne ad vini diſsipationem. Cola, & in colatura permiſce*
Terebenthinæ — Lib. j.
Mannæ Thuris — ℥ iiij.
Mirrhæ — ℥ iij.
Maſtiches; —
Sanguinis Draconis — an. ℥ ij.
Styracis Calamitæ — ℥ j.

Fer-

Fundación Uriach

*Ferveſcant parùm, ac lento igne: deinde reponantur per dies ſeptem in Sole, & ſerventur in vaſe fictili, aut vitreo ad uſum.*

Non immeritò, inquit Renodeus, hoc Balſamum mirabile vocatur, multos enim affectus, qui aliorum præſidiorum vim neglexerunt, ipſius adiutu, quaſi miraculo fuerunt ſanati. Vulnera quævis, & ut ulcera non inveterata percurat: antiquata etiam dyſepulotica ſanat, nervorum debilitati, tremori, & paralyſi efficaciſſime prodeſt, capitis omnibus morbis externis, præſertim frigidis confert: calorem nativum reficit, dolores frigidos auſert, & partes roborat. *[Vires, & uſus.]*

# DE VNGVENTIS.

PRoxima Oleis ſunt Medicamenta, quæ ab utendi modo Unguenta vocata ſunt; partibus vero affectis inuncta, & illita diutiùs ob craſſitiem, & lentorem hærent, quam Olea, eiſdemque auxilium ferre creduntur, quæ alia remedia non facilè ferunt, ſeu quia ipſorum pondere gravantur, ut inquit Oribaſius, ſeu humiditate lædantur; quæque oleginea, & pinguia ſunt, & mediæ conſiſtentiæ inter cerata, & linimenta, quemadmodum cerata inter unguenta, & emplaſtra: quare breviter, & rectè Schroderus Unguentum hoc modo deſcripſit: eſt Medicamentum topicum, pingue, linimento durius, & emplaſtro mollius. *[Quid unguẽtum.]*

Componuntur Unguenta ex diverſis rebus iuxta varios ſcopos, & uſus, videlicet, ex Oleis, Pinguedinibus, Axungijs, Reſinis, Gummis, Melle, Cera (quæ materiæ, & corpora veluti Unguẽtorum ſunt) & pluribus alijs cum vegetabilibus, cum mineralibus, quæ coctione parãtur, vel in pulveres redigi poſſunt, & cum prædictis unctuoſis commiſcentur; & hoc cum igne, ut quæ Ceram, Reſinas, & decocta admittunt: vel abſque igne, ut ſola nutritione, & ſubactione. *[Materia ung.]*

Ad confectionem autem Unguentorum ea ſolet ſervari Olei proportio, ut unius ſingulis uncijs, pulveris drachmæ ſingulæ, [illegible] drachmæ duæ commiſceantur, vel ut præcipit Galenus lib. 4. de comp. med. per genera, ceræ quadruplum oleum adijciatur, pulveris octuplum. *[Proportio Olei, &c.]*

Differentiæ Unguentorum multæ ſunt: quædam ſumuntur ab eorum coloribus, ut Album, Citrinum, Aureum; aliæ ab affectu, ut Reſumptivum, Pectorale, Mũdificativum. Aliæ rurſus a qualitatibus primis, quarum ratione quædam unguenta dicuntur calida, ut Marciaton, Aragonon: alia vero frigida, ut Populeon, Citrinum, &c. Cera [illegible] alba magis expetitur ad frigidorum, flava vero ad calidorum Unguentorum confectionem. *[Differentiæ.]*

VN.

Fundación Uriach

## *VNGVENTVM ROSATVM MESVES emendatum.*

℞ Axungiæ porcinæ recentis à ſuis membranis probè purgatæ, novies aqua calida, & totidem frigida lotæ ———————— } añ. Lib. iij
Roſarum rubrarum recentium incompletarum, ———————— }
Succi Roſarum rubrarum ———————— Lib. j. ß

*Roſas parum contuſas Axungiæ admiſce, miſta ſine diebus ſeptem manere, poſtea in duplici vaſe ad lentum ignem liqua, mox cola, & rurſus tantundem Roſarum admiſce, totidemque diebus admiſta ſerva, deinde cola, ut antea, & ſuccum adde, poſtmodum coque ad ſucci conſumptionem, infrigidarique tandem permitte, & repone.*

*Vnguenta ex Violis, Nymphea, & aliis floribus eodem modo parari poterunt.*

*Vires, & uſus* Ad immoderatum calorem temperandum, & extinguendum valet Unguentum roſaceum. Phlegmones, eryſipelata, herpetes, quaſcumque inflammationes mittigat, Hepatis, renum, capitis, & ventriculi incendium, earumque partium dolores à cauſa calida fectos. Ardoribus, & doloribus hæmorrhoidum convenit.

## *VNGVENTVM ROSATVM SANTALINUM ex Offic. [illegible]*

℞ Vnguenti Roſati Meſues ———— Lib. j.
Santali albi, ———————— } añ. ℥ vj. ℈ ij.
Santali rubri ———————— } & gr. v.

*Miſce, & fiat unguentum.*



Fundación Uriach

Potentiùs refrigerat, & roborat quàm Roſatum Meſues ſupra deſcriptum. Valet in eiſdem affectibus, ſed potiſsimùm eo utuntur Medici in intemperie calida iecoris, renum, & aliarum partium, quarum dolores ſedat. *Vires, & uſus*

## *VNGVENTVM ALBVM RHAZIS.*

℞ Olei Roſati ——— Lib. j.
Ceræ albæ ——— ℥ iij.
Ceruſſæ lotæ ——— ℥ vj.
Camphoræ ——— ʒ ſs.

*Oleum, & Cera liqueſiant, quibus ab igne extractis adhuc tamen calidis Ceruſſam in pollinem redactam admiſce, abſque intermiſsione movendo, refrigeratis autem Camphoram aliquot guttulis Olei dilutam, & albumen unius ovi admiſce, & fiat Vnguentum.*

Vim habet refrigerandi, & exſiccandi. Valet ad ambuſta, eryſipelata, ſcabiem, acrem ſerpiginem, pruritum, puſtularum eruptiones, & alia cutis vitia à ſalſa pituita, vel bile uſta nata. Confert in ulceribus ſuperficialibus, & excoriationibus, & in alijs in quibus uſtio, vel intemperies calida eſt. *Vires, & uſus*

## *VNGVENTVM POPULEON NICOLAI Myr.*

℞ Oculorum Populi nigræ recentium ——— Lib. j. ſs.
Axungiæ Porcinæ præparatæ ———

*Oculi Populi contundantur artificiosè, & ... axungia miſti macerentur: ijs tertio ... herbæ recentes, & tuſa addantur. & miſceantur*

Foliorum Papaveris nigri, ———
Foliorum Mandragoræ,
Cymarum Rubi tenerrimarum,



Fundación Uriach

Foliorum Hyoſcyami,
Solani,
Sempervivi minoris, ideſt Vermicularis,
Lactucæ,
Sempervivi maioris,
Perſonatæ, ideſt Bardanæ,
Violariæ,
Scatuncelli, ideſt Vmbilici veneris — aã. ℥ iij.

*Serventur novem diebus commiſta, decimo die adde*

Vini fulvi odorati — Lib. j.

*In diplomate ad lentum ignem coquantur, ad vini conſumptionem, ſemper ſpata agitando, ne adurantur, tandem diligentiſſime cola, & exprime, & Vnguentum repone.*

*Vires, & uſus* Inter narcotica medicamenta reponitur hoc Unguentum; inſignē enim habet vim refrigerandi. Febriū ardores extinguit. In phrenitide, & vigilijs immodicis, capitiſque doloribus, fronti, tēporibus, naribus, aut plantis pedum, vel carpis manuum illinitum conciliando ſomnum valdè prodeſt. Dolores quoque hæmorhoidum, & partium combuſtarum ſedat.

## *VNGUENTUM BASILICUM MAGNUM Meſues.*

℞ Ceræ albæ,
Reſinæ Pini,
Sevi Bubuli,
Terebenthinæ,
Thuris,
Picis,
Mirrhæ — aã. ℥ iij.
Olei — q.ſ.

Fundación Uriach

*Ex arte fac Vnguentum, Ceram, Adipem, Picem, Oleum, & Terebenthinam ſimul ſoluendo, mox reliqua pulverizata ſubtiliter addendo, ubi iam infrigidata fuerint.*

Propter maximas, & inſignes vires quibus pollet hoc Unguentum, Baſilicum, & Regium dictum fuit. Vim obtinet efficacem ad concoquendum, & ſuppurandum, tergendum, & exſiccandum. Eo fœliciter utuntur Chirurgi in tumoribus, & ulceribus. *Vires, & uſus*

## *VNGVENTVM AGRIPPÆ Nicolai.*

℞ Radicum Brioniæ ——— Lib. ij.
Radicum Cucumeris Aſinini ——— Lib. j.
Scillæ ——— Lib. ſs.
Iridis ——— ℥ iij.
Radicum Filicis ———
Radicum Ebuli,
Tribulorum marinorum ——— } aǹ. ℥ ij.
Ceræ albiſsimæ ——— ℥ xv.
Olei antiqui ablutione redditi albiſsimi ——— Lib. iiij.

*Radices recentes benè ablutas, & tritas in Oleo octo diebus macerabis, nono coque donec radicum humidum penitus abſumatur, exprimendo poſtea cola, & fac artificiosè Vnguentum.*

Facultatem habet digerendi, attenuandi, reſolvendi, & emolliendi tumores. Ventri illitum hydropicis prodeſt, ſimiliter & lienoſis ſi hypocondrium ſiniſtrum inungatur: alvum quoque, licet tantum extrinſecus adhibeatur, non rarò ſubducit. *Vires, & uſus*

## *VNGVENTVM DIALTHEA NICOLAI.*

℞ Radicum Altheæ mundarum ——— Lib. ij.



Fundación Uriach

Seminis Lini — } añ. Lib. j.
Fœnigræci — }
Scillæ — ℥ vj.
Olei — Lib. iiij.
Cerę — Lib. j.
Terebenthinæ, — }
Gummi Hederæ, } añ. ℥ ij.
Galbani — }
Colophoniæ, — } añ. ℥ vj.
Reſinæ — }

*Radices, & ſemina exactè contuſa in libris octo, aut ſufficienti quantitate Aquæ tribus diebus macerentur, deinde coquātur uſque dum mucilago craſseſcat, tunc fortiter exprimendo coletur, & in huius mucilaginis colatæ libris duabus affunde Oleum, & recoque ad ſucci conſumptionem, & iterum cola, Ceramque, & Colophoniam admiſce, mox Galbanum Aceto ſolutum, & una cum Terebenthina coctum adde, ad iuſtam conſiſtentiam coquendo, ad extremum, Vnguento iam tepente, adiunge Reſinam, & Gummi Hederæ pulverizata, & repone.*

*Vires, & uſus* Vim obtinet calfaciendi, digerendi, leniendi, & reſolvendi. Prodeſt in duris tumoribus, Siccitates, & duritiеs nervorum humectat, & lenit. In hydrope, & quolibet ventris tumore à craſſis, et frigidis humoribus nato proficit, lateriſque dolores mittigat.

Fundación Uriach

## *VNGVENTVM DE ARTHANITA*
## *minus Meſue.*

℞ Succi Arthanitæ, id eſt Cyclaminis — Lib. iij.
Olei Irini — Lib. ij.
Succi Cucumeris Aſinini — } añ. Lib. j.
Butyri vaccini — }

Pul-

Pulpæ Colocynthidis — ℥ iij.
Polypodij — ℥ vj.
Euphorbij — ℥ ſs.

*Arida omnia contuſa in Succis, Oleo, Butyroque ſimul miſtis, & liquatis in vaſe vitreo diligenter obturato octo diebus macerentur: nono die ad lentum ignem paululum coquantur, poſtea colentur, colaturæ adde,*

Sagapeni in Aceto diſſoluti — ʒ vij. ſs.
Mirrhæ — ʒ iij.

*Iterum coque uſque ad ſuccorum ferè conſumptionem baculo ſemper agitando, poſtea adde*

Ceræ — ℥ v.
Fellis Vaccini — ʒ vij. ſs.

*Ferveant ſimul donec Cera liqueſcat, poſtea inſperge ſequentia miſta, & in tenuiſsimum pulverem redacta,*

Scammonij, Turbith, Aloës, Mezereonis, Colocynthidis — añ. ʒ vij. ſs.
Euphorbij, Chamęmeli, Piperis longi, Zingiberis — añ. ʒ iij.
Salis Gemmæ — ʒ iij. ſs.

*Miſce diligenter, & fac Vnguentum.*

Hoc Unguentum abdomini illitum alvum laxat, irritat, [illegible]movet, ob idque utiliſsimum, atque efficaciſſimum in hydrope [illegible]tiendos flatus, & educendos ſeroſos humores, Lienis tumores [illegible]mas diſſolvit, ac vermes enecat, & expellit. *Vires, & uſus*

VN

Fundación Uriach

## VNGVENTVM MARCIATON
*Meſues.*

℞ Ceræ albæ — Lib. ij.
Olei — Lib. viij.
Roris marini —
Foliorum Lauri — } añ. ℥ viij.
Foliorum Tamariſci —
Rutæ — } añ. ℥ vij.
Esbrij, ideſt Maioranæ,
Sabinæ,
Balſamitæ,
Salviæ,
Ocymi,
Polij montani,
Calaminthæ,
Arthemiſiæ,
Helenij,
Betonicæ,
Brancæ Vrſinæ,
Spargulæ, ideſt Aperine,
Herbæ venti, ideſt Parietariæ,
Pimpinellæ,
Agrimoniæ, } añ. ℥ iiij ʒ
Abſinthij,
Herbæ Paralyſis, ideſt Primulæ veris,
Herbæ Sanctæ Mariæ, ideſt Perſicariæ maculatæ,
Cymarum Sambuchi,
Herbæ Craſſulæ, vel ſempervivi minoris,
Millefolij,

Sem-

Fundación Uriach

Sempervivi maioris,
Chamædryos,
Centaureæ,
Septinerviæ, hoc eſt Plantaginis,
Fragulæ, vel Fragariæ,
Orobi,
Quinquefolij
Radicis Althææ,
Cymini,
Cymarum Myrti — añ. ℥ iiij.
Fœnigræci — ℥ j. ſs.
Butyri — ℥j. & ʒ ij.
Vrticæ,
Violariæ,
Papaverisnigri,
Menthæ Serracenicę,
Menthæ domeſticæ,
Oxilapathi,
Polytrichi,
Carduncelli, ideſt Cardui benedicti,
Periclymeni, hoc eſt Matris Sylvæ,
Maturellæ, ideſt Vallerianæ maioris, — añ. ℥ ſs.
Ivæ Moſchatæ,
Trifolij aceroſi,
Linguæ Cervinæ,
Criſpulæ, ideſt Buphtalmi, vel oculi Bovis,
Camphoratæ, ideſt Abrothoni,
Styracis Calamitæ,
Medullæ Cervinæ, & in eius defectu, Vitulinæ

Adi-

Fundación Uriach

Adipis Vrſini ——
Adipis Gallinacei, } añ. ℥ j.
Maſtiches ——
Thuris —— ℥ ſs.
Olei Nardini —— ℥ ij.

*Herbæ omnes Maio menſe colligantur, poſtea continuis ſeptem diebus in vino fulvo, antiquo, & odorifero exactè tritæ macerentur, octavo die ad ignem lentum ad conſumptionem duarum partium vini coquantur, & tunc Oleo addito recoque uſque ad vini, & ſucci ex herbis reſoluti omnimodam abſumptionem, quando ſtrenuè exprimendo cola, colaturæ Cerã admiſce, & Styracem (ſi liquari poſſit) quibus liquatis, ab igne amove, & infrigidari ſine donec coaluerint, quando Styracem, Thus, & Maſtichen (ſi liquari nequierit Styrax) ſubtiliſſimè pulverizata exquiſitiſſimè miſce, & fac ex arte Vnguentum.*

*Vires, & uſus* Remedium efficaciſsimum eſt in affectibus frigidis, præſertim cerebri, nervorum, & articulorum. Cõfert propterea tremori, paralyſi, convulſioni, & arthritidi. Dolores à frigida cauſa natos placat, lienis, pancreatis, uteri, & hepatis induratos tumores emollit, ac reſolvit, hydropiciſque auxilium eſt præſtantiſsimum.

## *VNGVENTVM AREGON Nicolai.*

℞ Roris marini, ——
Maioranæ,
Radicum Ari, } añ. ℥ iiij. ſs.
Serpylli,
Rutæ,
Radicis Cucumeris Aſinini, ——
Foliorum Lauri, ——
Salviæ,

Sa-

Fundación Uriach

Sabinæ,
Adipis Vrſini,
Olei Laurini,
Radicum Brioniæ, — } añ. ℥ iij.

Policariæ maioris, &
Minoris,
Laureolæ — } añ. ℥ viij.

Foliorum Cucumeris Aſinini —
Nepetæ, ſeu Calaminthæ,
Maſtiches,
Thuris — } añ. ℥ j. ſs.

Pyrethri, —
Euphorbij,
Zingiberis,
Petrolei clari,
Piperis — } añ. ℥ j.

Olei Moſchelini — ℥ ſs.
Butyri — ℥ iij.
Olei communis — Lib. v.
Cerę — Lib. j. & ℥ iij.

*Herbæ, & Radices, ut in Martiatone diximus, colligantur, & contundantur, deinde in Oleo communi ſeptem diebus macerentur: octavo die coquantur ſenſim, mox per ſaccum forti expreſſione colentur, ex qua colatura, & cæteris ex arte fac Vnguentum.*

Fundación Uriach

Aregon græcè, id eſt auxiliare appellatum fuit hoc Vnguentum. Vim obtinet efficacem calfaciendi, incidendi, & attenuandi. Quibuſcumque morbis frigidis auxiliatur. Confert quammaxime in dolore colico, paralyſi, nervorum diſtenſione, hydrope, uterinis affectibus, arthridide, & quibuslibet partium doloribus a craſſis, lentis, & frigidis humoribus ortum ducentibus. *Vires, & uſus*

## VNGVENTVM APOSTOLORUM
*Avicennæ.*

℞ Terebenthinæ, } 
Ceræ albæ, } an. Ʒ xiiij.
Reſinæ, }
Ammoniaci -- }
Ariſtolochiæ longæ, } 
Thuris maſculi, } an. Ʒ vj.
Bdellij -- }
Mirrhæ, - } an. Ʒ iiij.
Galbani - }
Opoponacis, - } an. Ʒ ij.
Floris Æris, vel Æruginis }
Lithargirij — Ʒ viiij.
Olei, ſi fuerit Æſtas — Lib. ij.
Si Hyems — Lib. iij.
Aceti *quantum Ammoniaco, Galbano, & Opo ponaco diſſolvendis ſufficiet, & fac ex arte Vnguentum, vel potiùs Linimentum.*

*Vires, & uſus* Præſtantiſſimum hoc Uuguentum non ab inventore Avicenna Apoſtolorum ſic appellatum fuiſſe, ſed a numero ingredientium ab alijs dictum eſſe creditur, quia tot conſtat medicamentis ſimplicibus, quot olim fuerint Apoſtoli. Vim habet valde efficacem incidendi, digerendi, & tergendi; ideoque utilite[illegible]ibus, et ſi contumacibus, quæ optimè detergit, & exſiccat, ſimulque ac fiſtulas expurgat, & ſanat, fungoſam quoque [illegible] excedit, & abſumit, & novæ reſtitutionem accelerat.

Fundación Uriach

VN-

## VNGVENTVM MVNDIFICATIVVM *Apij ex Guidone.*

℞ Succi Apij depurati ——————————— Lib. j.
Mellis ——————————————— Lib. j. ſs.
Terebenthinæ ——————————— } an. ℥ vj.
Farinæ volatilis ——————————— }

*Coquatur Mel cum ſucco ad huius conſumptionem, reliqua deinde permiſceantur, & fiet Vnguentum molle.*

Utiliſſimum eſt hoc Unguentum ad detergendum, & digerendum. Vulnera, & ulcera optimè mundificat, quo ſæpè, & fœliciter utuntur Chirurgi in apoſtematibus apertis. *Vires, & uſus*

## VNGVENTVM MEDIÆ CONFECTIO-*nis uſuale.*

℞ Terebenthinæ ——————————— } an. Lib. ſs.
Olei Roſati ——————————— }
Ceræ albæ ——————————— ℥ iij.
Olei Maſtichini ——————————— ℥ j.

*Fac Vnguentum in pila lapidea agitando, & interim momentum Aceti addendo.*

Valet ad digerendum, detergendum ſimul, & ad ſolidandum. Utile admodum eſt in ulceribus, partium præcipuè nervoſarum. *Vires, & uſus*

Fundación Uriach

## VNGVENTVM MASTICHINVM *ſecundum uſum.*

℞ Olei Maſtichini ——————————— Lib. j.
Ceræ albæ ——————————— ℥ iij.

*Ex arte fac Vnguentum.*

*Vires, & uſus* Eandem vim obtinet, ac Oleum maſtichinum, differuntque ſolum forma, & conſiſtentia.

## *VNGVENTVM AVREVM Meſues.*

℞ Ceræ citrinæ — ℥ vj.
Olei boni — Lib. ij. ſs.
Terebenthinæ — ℥ ij.
Reſinæ, — } añ. ℥ j. ſs.
Colophoniæ — }
Thuris — } añ. ℥ j.
Maſtiches — }
Croci — ʒ j.

*Ceram, Oleum, Terebenthinam, & Colophoniam ſimul liqua, mox infrigidari ſine, & tunc reliqua in pulverem redacta admiſce, & fac Vnguentum.*

*Vires, & uſus* A colore, & virtute aureum, & Regium nuncupatur hoc Unguentum. Tutò, & ſalubriter agglutinat vulnera. Ulcera cava carne adimplet, & ad cicatricem perducit, dolorem quoque, ſi adeſt, aufert.

## *VNGVENTVM FVSCVM NICOLAI.*

℞ Olei — Lib. j. ſs.
Ceræ — ℥ iiij.
Colophoniæ, }
Picis navalis, } añ. ℥ ij.
Sagapeni — }
Maſtiches, }
Galbani, }
Thuris, } añ. ℥ j.
Opoponacis, }
Ammoniaci, }
Terebenthinæ — }

Fundación Uriach

Miſ-

*Miſce, & fac ex arte Vnguentum.*

Sarcoticum eſt hoc Unguentum quemadmodum, & ſuperius, eaſdemque, aut parum ab eo diſſimiles vires habet. Ulcera carne implet, fungoſam, & putridam carnem, atque ichores abſumit, & ad perfectum curationem perducit. *Vires, & uſus*

## *VNGVENTVM DIAPOMPHOLYGOS, ſive de Plumbo Guidonis emend.*

℞ Olei Roſati ——— ℥ xiij. ſs.
Ceræ albæ ——— ℥ iij. ſs.
Succi granorum rubeorum Solatri ——— ℥ iiij.
Ceruſæ lotæ ——— ℥ ij.
Plumbi uſti, & loti, ——— } an. ℥ j.
Pompholygos, ideſt Tuthiæ præparatæ }
Thuris ——— ℥ ſs.

*Succum fructuum Solatri prius lento igne ad ipſius abſumptione cum Oleo roſato coque, poſtmodum Ceram, & Oleum ex arte liquefac, & reliqua, ubi ab igne amoves, in mortario admiſce, & fac Vnguentum.*

Vim præſtantiſsimat habet refrigerandi, ſiccandi, & conſolidandi. Ulcerum intemperiem calidam præſertim ab humoribus ſalſis, & acribus corrigit, pruritum, & dolorem mittigat, carnis generationem, & cicatricem accelerat, in canceroſis etiam ulceribus malignitatem emendat. *Vires, & uſus*

## *VNGVENTVM DE LITHARGIRIO Leonardi de Bertapalia.*

Fundación Uriach

℞ Lithargyrij pulverizati ——— ℥ ij.
Ceruſæ ——— ℥ j. ſs.
Olei Roſati ——— } an. q. ſ.
Aceti. ——— }

*Miſce, & ex Artis legibus fac Vnguentum.*

Uri-

*Vires, & uſus* Utile admodum eſt in affectibus cutaneis, & maximè in herpete, prurigine, & ſcabie. In ulceribus inflammatis ardorem compeſcit, repellit fluentes humores, & penetrat propter acetum, iuvat etiam ad regenerationem carnis, & cicatricem inducendum.

## *VNGVENTVM COMITISSÆ GVILLERmi de Varignana.*

℞ Corticum medianorum Caſtenearum ---
Corticum medianorum Glandium,
Corticis mediani Quercus arboris,
Myrtillorum,
Caudæ Equinæ,
Gallarum,
Corticum Fabarum,
Acinorum Vvarum,
Sorborum immaturorum ſiccorum,
Meſpilorum immaturorum ſiccatorum,
Foliorum Pruni ſylveſtris,
Radicum Symphiti veri, --- an. ℥ j. *ſs.*

*Contundantur aliquantulum, & coquantur in libris octo Aquæ Plantaginis, aut q. ſ. donec dimidium aquæ conſumatur, quando cola, & ſequentia, ex hac colatura novies lava, ſemper novam mutando colaturam, quotieſcumque laveris.*

Ceræ novæ --- ℥ viij. *ſs.*
Olei Myrtillorum ---
Olei Maſtichini --- an. Lib. j. *ſs.*

*Poſtea inſperge ſequentia tenuiſsimè pulverizata,*

Corticis mediani Caſtanearum, ---
Corticis mediani Glandium,
Corticis mediani Quercus arboris,
Gallarum --- an. ℥ j.

Ci-

Fundación Uriach

Cineris oſsium cruris Bubuli,
Myrtillorum,
Acinorum Vvarum,
Sorborum ſiccorum } añ. ℥ſ.
Trochiſcorum de Charabe ℥ ij.
*Conſice ſecundum artem Vnguentum.*

Inſignem, & efficacem vim obtinet præſtantiſſimum hoc Unguentum adſtringendi, roborandi, ſiccandi, & refrigerandi. Muliebres fluores contumaces, atque menſes immodicos cohibet, laxatos renes roborat, ani procidentiam emendat, atque immoderatum hemorrhoidum fluxum detinet. Fœliciter eo utuntur Medici ad roborandum uterum, & præcavendum abortum imo ventri, & lumbis applicatum. *Vires, & uſus*

## *VNGVENTVM AD APOSTEMATA ſecundum uſum.*

℞ Maſſæ Emplaſtri Dyachylonis magni,
Emplaſtri Dyachilonis communis } añ. Lib. j.
Olei communis Lib. ij.
Terebenthinæ ℥ ij.
Axungiæ Porcinæ recentis Lib. ſ.
Ceræ citrinæ ℥ ij.
Minij ℥ iij.
*Fac ex his ſecundum Artem Vnguentum.*

Valet ad emolliendos, ſuppurandos, vel reſolvendos quoſcumque tumores duros. Ulcerum materiam digerit, & ſordes abſtergit. *Vires, & uſus*

Fundación Uriach

## *VNGVENTVM PECTORALE SECVNdum uſum.*

℞ Mucilaginis ſeminis Pſyllij.
Tragacanthæ,

Gum-

Gummi Arabici, } añ. ℥ j.
Seminis Lini,
Fœnigræci——————————
Adipis Gallinæ recentis, ——————
Medullæ Vituli recentis, } añ. ℥ j. ſs.
Butyri recentis lot. ex decoctio Violarum ——————————
Olei Violacei ——————————— } añ. ℥ j.
Olei Amigd. dulcium ——————————
Ceræ albæ ———————————————— q.ſ.
*Miſce, & fac Vnguentum ex arte in diplomate, mucilagines conſumendo.*

*Vires, & uſus* Remedium optimum eſt in affectibus thoracis ad leniendum, digerendum, & attenuandum craſſos, & viſcidos humores. Lateris dolores mittigat, tuſſim ſedat, & ſputum facilitat.

## *VNGVENTVM RESVMPTIVVM Magiſtrale.*

℞ Seminis Lini——————————
Altheæ,
Fœnigræci, } añ. ℥ ij.
Gummi Arabici,
Tragacanthæ, ——————————
*Macerentur, & bulliant in libra ſemiſſe Aquæ Roſarum, & eliciatur mucilago, in qua diſſolve*
Adipis ſuilli, ——————————
Gallinæ
Anſeris, } añ. ℥ ij.
Anatis ——————————
OEſypi ———————————————— ℥ ſs.
Olei Violarum, ——————————
Chamæmeli, } añ. ℥ ij.
Amigdalarum dulcium——————



Fundación Uriach

Medullæ Vituli ——————
Butryri recentis, —————— } añ. Lib. ſs.
Cerę albę ——————

*Fiat ex arte Vnguentum in diplomate.*

Similes quodammodo vires habet facultatibus anterioris Unguenti; emollit enim citra caliditatem, & dolores pectoris, & aliarum partium ſedat. Prodeſt aſthmaticis, hecticis, & pleuriticis. *Vires, & uſus*

## *VNGVENTVM ÆGYPTIACVM*
### *Magnum Meſues.*

℞ Floris Æris —————— ℥ v.
Mellis electi —————— ℥ xiiij.
Aceti acerrimi —————— ℥ vij.

*Coque ad ignem ad iuſtam uſque craſsitudinem, lignea rudicula ſemper agitando.*

Efficaciter detergit, attenuat, & exſiccat, atque etiam ſcaram inducit. In ulceribus carnem fungoſam, putridam, & demortuam potenter exedit, & abſumit. Utuntur eo Chirurgi frequentiſsime in gangrenis, & malignis ulceribus, vel per ſe ſolo, vel cum alijs idoneis attemperantibus medicamentis permixto. *Vires, & uſus*

## *VNGVENTVM CONTRA VERMES*
### *Georgij de Honeſtis.*

℞ Olei de Abſinthio, ——————
Amigdalarum amararum —————— } ℥ j.
Succi foliorum Perſicariæ ——————
Matricariæ —————— } añ. [illegible]
Roſarum, ——————
Corallorum,
Farinæ Lupinorum, } añ. ℥ j.
Cornu Cervi uſti ——————

Fundación Uriach

Aloës Succotrinę, ———— } an. ℥ ij.
Fellis Taurini ———— }
Ceræ ———— ℥ vj.
Aceti ———— ℥ ſs.

*Fiat ex arte Vnguentum.*

*Vires, & uſus* Præſtantiſſimum eſt hoc Unguentum, etſi hodie ferè obſoletus ſit illius uſus, ad lumbricos interficiendos, & expellendos, ſi eo abdominis regio inungatur, ut conſtat ex ingredientibus ſimplicibus amaris, & proprijs ad vermes extinguendos, quibus conſtat.

## *VNGVENTVM CONTRA SCABIEM Meſues.*

℞ Axungiæ Porcinæ mundæ ———— ℥ v.
Olei Laurini, ———— }
Argenti vivi, } an. ℥ ij.
Ceræ mundæ recentis, }
Thuris albi pulverizati ———— }
Salis communis ———— ℥ viij.
Succi Plantaginis ———— } an. q. ſ.
Succi Fumariæ ———— }

*Ceram, Axungiam, Oleum Laurinum, & ſuccos ſimul donec liqueſcant, coque, tunc Salem adde, & Thus, & ſemper ſpata movendo, ad ſuccorum conſumptionem recoque, & ab igne amove; tepido verò adhuc exiſtente Argentum vivum ex ſaliva, & pauculo Laurini Olei extinctum ſtrenue miſcendo adde, & fac Vnguentum.*

Fundación Uriach

*Vires, & uſus* Optimum, & expertum eſt hoc Unguentum ad curandam ſcabiem. Plurima etiam alia cutis vitia perſanat, ut herpetem, pruriginem, & ſimilia ex aduſtis, & ſeroſis, praviſque alijs humoribus provenientia.

*VN-*

## UNGUENTUM ALIUD AD SCABIEM *magiſtrale.*

℞ Butyri Aqua Roſarum loti, ——} añ. ℥ij.
Terebenthinæ lotæ ——————}
Ceruſſæ lotæ —————————— ℥j.
Thuris albi pulverizati, ————}
Styracis liquidæ, } añ. ℥ſs.
Salis ——————————}
Succi Limonum —————————— ℥j. ſs.
*Exactè miſce, & ſecundum artem fac Unguentum*

Hoc Unguento tuto, & placide uti poteris ad extinguendam ſcabiem, pruritum, & ſimilus cutaneas infectiones, etiam in pueris, & delicatis corporibus. *Vires, & uſus*

## UNGUENTUM MERCURII LUD. *Mercati.*

℞ Pinguedinis Gallinæ ———}
Axungiæ Porcinæ, & } añ. ℥iiij.
Urſi ——————————}
Hydrargyri defœcati —————— ℥vj.
Olei Liliorum alborum, ———} añ. ℥ij.
Laurini ————————}
Thuris, ————————}
Maſtiches,
Mirrhæ,
Ammoniaci, } añ. ℥ſs.
Styracis,
Florum Salviæ
Sthecados,



Fundación Uriach

Lithargyrij,
Ceruſſæ - — — — — — — }

*Pinguidines priùs in mortario diligentiſsimè ducantur, ſenſimque additum Hydrargyrium per ſufficiens tempus exactiſsimè agitetur, & commiſceatur, mox olea, ſtyrax, & reliqua in pulverem redacta permiſceantur, & ſiat Vnguentum.*

## *VNGVENTVM ALIVD MERCVRII uſuale in Xenodochio generali Barcinonis.*

℞ Axungiæ Porcinæ mundæ — — Lib.iij. ℥iij.
Olei Laurini — — — — — — ℥ij.
Styracis liquidæ — — — — — — Lib.ij.
Olei Anethini — — — — }
Olei de Lateribus — — — } añ. ℥j. ʒj.ſs.
Lithargyrij — — — — — — ℥j.ſs.
Thuris, -- — — — — — }
Maſtiches }
Radicis Helenij } añ. ℥j.
Ireos - — — — — — — }
Cineris vitis — — — — — ʒvj.ſs.gr.xv.
Euphorbij — — — — — }
Aluminis uſti- — — — — } añ. ℥ſs.
Vnguenti Aragon, — — — }
Vnguenti Marciaton — — } añ. ℥j. ʒij.gr.xv.
Argenti vivi — — — — — Lib.j.℥iij.
*Ex arte ſac Vnguentum.*

*Vires, & uſus* Uſus principalis Unguenti ex Mercurio eſt ad extinguendam luem veneream, corpore rectè diſpoſito, & præparato. Movet vt plurimùm ſputum, ſive ſalivationem. Ulcera, gummata, excrecentias, & quæcumque alia vitia à prædicta cauſa ortum ducentia ſanat.

*VN-*

Fundación Uriach

## *VNGVENTV EX GVAIACO Mercati.*

℞ Ramenti Guayaci ———————— Lib. ſs.
Olei antiquiſsimi, &
Seſamini ———— } añ. Lib. ſs.
Vini albi antiqui ———————— Lib. j.
Fumariæ,
Verbaſci,
Cucumeris agreſtis ———— } añ. M. iij.

*Omnibus commixtis, & infuſis per triduum ſimul coquantur uſque ad vini conſumptionem, & facta colatura, & expreſsione adde,*

Vnguenti Aragon
Agrippæ,
Dialtheæ ———— } añ. ℥ ſs.

*Fiat Vnguentum cum Diachilone communi.*

Ad emolliendos, & diſcutiendos tumores gallicos, & mitigandos dolores miræ eſt efficaciæ. *Vires, & uſus*

## *VNGVENTVM DE OBSTRVENS, SIVE deopilativum dictum, magiſtrale.*

℞ Radicis Bryoniæ
Cucumeris aſinini ———— } añ. Lib. j.
Radicis Ebuli
Ireos,
Scillæ ———— } [illegible]
Radicis Filicis ———————— ℥ j. ſs.
Succi Sambuci,
Apij,
Petroſelini, ———— } añ. ℥ ſs.

Suc-

Fundación Uriach

Succi Abſinthij, ——— } rñ. ℥ j.
Menthę ———

Vini, ——— } añ. q.ſ.
Aceti ———

Olei ——— Lib.ij.

Ceræ albæ ——— ℥ vj.

Aquæ vitæ ——— ℥ ij.

*Radices omnes contuſæ, Vinoque, & Aceto infuſa, coquantur cum ſuccis, & Oleo ad humiditatis aqueæ conſumptionem, tandem ubi refrixerint addatur Aqua vitæ, & fiat ex arte Vnguentum.*

Efficaciter attenuat, diſcutit, & aperit. Confert ſummoperè in obſtructionibus lienis, meſenterij, uteri, & partium omnium in hypocondrijs contentarum.

## *VNGVENTVM CVCVRBITÆ Oviedi.*

℞ Succi Portulacæ ——— } añ. ℥ vj.
Plantaginis
Solatri,
Cucurbitæ ———

Olei Amigdalarum dulcium recenter extracti, } añ. ℥ viij.
Olei Violati recentis ———

Ceræ albæ ——— q.ſ.

*Coquantur ſucci, & Olea ad conſumptionem humiditatis aqueæ, cola, & cum Cera q.ſ. ex arte fac Unguentum.*

*Vires, & uſus* Hoc Unguentum refrigerat, & humectat. Eius uſus frequentiſſimus eſt ad mitigandum renum calorem, & urinæ ardorem demulcendum. Utilis admodum etiam eſt in alijs ſimilibus affectibus calidis.

Fundación Uriach

UN-

## *VNGVENTVM POMATVM EX OFFIC. Valentina.*

℞ Axungiæ Porcinæ recentis albiſsimæ —— Lib. vj.
Pomorum redolentium minutim inciſorum —— N. xviij. vel q. ſ.
Aquæ Roſaceæ —— ℥ vj.
Belzoini optimi, —— } an. ʒ ij.
Styracis Calamitæ —— }
Caryophyllorum —— ʒ j.
*Miſce, & ſecundum artem fiat Vnguentum.*

Grati odoris eſt Unguentum, quo utuntur mulieres ad faciem dealbandam, & decorem cuti conſiliandum. Utiliter autem adhibetur ad labiorum ſciſuras, & narium vitia emendanda, huiuſmodique alios cutis affectus. *Vires, & uſus*

## *VNGVENTVM EX FLORIBVS Citranguli.*

℞ Axungiæ Porcinæ optimè lotæ —— Lib. j. ſs.
Florum Citranguli —— Lib. j.
*Miſce, & per tres, quatuorve dies Soli expone, ſæpè agitando: poſteacoque, cola, & in vitreo vaſe repone.*

Propter ſuavitatem, & fragrantiam placidè adhibetur hoc Unguentum. Dolores pectoris, ventriculi, hypocondriorum, aliarum partium demulcet, præſertim à frigida cauſa natos, [illegible] lenit, & partes roborat. *Vires, & uſus*

Fundación Uriach

## VNGVENTVM DE TVTHIA *Magiſtrale.*

℞ Tuthiæ præparatæ ——— ℥ j. ſs.
Vnguenti Roſati, & ——— } añ. ℥ vj.
Pomati ——— }

*Omnia exactè miſce, & fac Vnguentum.*

*Vires, & uſus* Uſus frequens eſt in inflammationibus, & alijs affectibus oculorum. Valet etiam ad detergenda, & exſiccanda ulcera aliarum partium, præſertim tibiarum; modicè enim digerit, ac repellit, cava replet, & cicatricem inducit.

# DE CERATIS.

*Nomẽ* POſt Unguenta ſubſequuntur Cerata, vel Cerota, ſive Ceronea, ſic appellata, quòd maiorem Ceræ portionem recipiant quam Unguenta. Affinitatem quidem habent cum Emplaſtris in conſiſtentia, & à Chirurgis pro eadem re ſæpè uſurpantur: revera tamen, & anguſtiore acceptione ſecundum maiorem, & minorem ſoliditatem diſcernuntur; etſi enim Ceratum durius Unguento ſit, mollius tamen, & minus ſolidum quàm Emplaſtrum exiſtit. *Deſinitio.* Eſt igitur Ceratum medicamentum externum ex oleo, cera, plantarum animaliumque partibus, atque metallis, ſive mineralibus aggregatum, mediam habens conſiſtentiam inter Unguentum, & Emplaſtrum.

## CERATVM SANTALATVM *Meſues.*

℞ Roſarum ——— ℥ xij.
Santali rubri ——— ℥ x.
Santali albi, ——— } añ. ℥ vj.
Santali citrini ——— }
Boli Armeni ——— ℥ vij.

Spo-

Fundación Uriach

Spodij ———————————————— ʒ iiij.
Camphoræ ———————————————— ʒ ij.
Ceræ albæ ———————————————— ʒ xxx.
Olei Roſacei Omphacini ———————————— Lib. j.

*Ceram in Oleo ad leniſſimum ignem in vaſe duplici ſolve, ita ut omnino liquata Cera ſit, tunc miſturam infrigidari ſine, cætera deinde in ſubtiliſſimum pulverem redacta commiſce agitando ſemper, donec ad uniformis æqualiſque Cerati conſiſtentiam miſtura ducatur.*

Ceratum ſantalatum, ſive ſantalinum, à cera, & ſantalis nomen accipiens, multò præſtantius, & efficacius eſt Unguento roſaceo ſantalato ſuperius deſcripto, nulluſque Pharmacopæus eo carere debet. Inſignem habet vim refrigerandi, & roborandi: unde ad intemperies calidas, & inflamationes compeſcendum optimum remedium eſt, præſertim ad hepatis, ventriculi, & renum ardorem mittigandum. *Vires, & uſus*

## *CERATVM REFRIGERANS Galeni.*

℞ Ceræ albæ puræ ———————————— ʒ j.
Olei Roſacei Omphacini ———————— ʒ iiij.

*Hæc ſimul in vaſe duplici liquentur ad ignem blandum ſine fumo, mox refrigerari permitte, dende gelidiſſima Aqua ſæpiùs lava ad extremum verò paululum Aceti adijce, & fac Ceratum, quod non niſi poſtulante Medico paretur, repoſitum enim minus utile evaderet.*

Fundación Uriach

Vim præſtantiſſimum habet Ceratum hoc refrigerandi. Valet ad phlegmones, eryſipelata, herpetes, omnemque intemperiem calidam corrigendum. Renum ardorem mittigat, ardentes febres hypocondrijs applicatum, temperat, ſpinæ verò adhibitum in hecticis febribus conducit. *Vires, & uſus*

## *CERATVM EX OESYPO PHILAGRII Meſues.*

℞ Croci ——————————— ʒ v.
Bdellij, ———————
Maſtiches,
Ammoniaci, } ań. ʒ vij.
Aloës,
Styracis liquidæ - ————————
Ceræ Citrinæ - ——————————— Lib. j.
Terebenthinæ ——————————— ℥ j. ſs.
Medullæ cruris Bovis ————— } ań. ʒ xv.
Adipis Anſeris - - ———————
Oeſypi, ideſt Pinguedinis lanæ
ſuccidæ ——————————— Lib. j. ſs.
Olei Nardini ——————————— q. ſ.

*Bdellium, Ammoniacum, & Aloëm in Aqua infuſionis Fanigraci, & Chamameli diſſolve, Ceram, Terebenthinam, Medullam, Adipem, & Oeſypum ad blandum ignem liqua, qua poſtea liquata, diſſolutis illis, cæteriſque tritis admiſce, & fac ex arte Ceratum, ſenſim Olei Nardini, quantum ſufficiet, dum Ceratum fit, affundendo.*

Fundación Uriach

## *QVOMODO OESYPVM PARARE oporteat ex doctrina Meſues.*

℞ Lanarum Succidarum ——— Lib. lx. vel q. ſ.

*Submerge in Aqua calida ſufficienti quantitate horis octo, deinde ſemel bullire ſine, mox exprimendo cola, colaturam ſenſim ad ignem lentum recoque, latiori ligno ſundum vaſis ſemper movẽdo, ne aduratur, co-*

que-

*quetur autem hac arte, uſque ad Mellis craſſitudinem, quando ab igne amove, & repone uſui.*

Ceratum Oeſypi facultatem obtinet emolliendi, reſolvendi, ac digerendi, ſimulque dolores ſedandi. Confert maxime in duris tumoribus hepatis, lienis, uteri, nervorum, articulorum, & aliarũ partium. *Vires, & uſus*

## *CERATUM GALENI STOMACHICUM Meſues.*

| | |
|---|---|
| ℞ Roſarum, Maſtiches | añ. ʒ xx. |
| Foliorum Abſinthij ſiccorum | ʒ xv. |
| Spicæ Nardi | ʒ x. |
| Ceræ mundæ | ℥ iiij. |
| Olei Roſacei | Lib. j. ſs. |

*Cera, & Oleum ad opportunum ignem liquentur, deinde ex arte pluries cum Aqua Roſarum laventur, & denuo liquentur, & iterum ex vino fulvo veteri, & electo ſucco Cydoniorum, & pauco Aceto; tandem pulveribus admiſtis, Artis legibus ſervatis fac Ceratum.*

